A COMFORTABLE ayde for Schollers, full of variety of sentences, gathered out of an Italian Authour

by Dauid Rouland.

Bonis omnia in bonum.

Imprinted at London

by Thomas Marshe.

Anno. 1578.

¶ Cum Priuilegio.

Guil. W. Ad Angliæ pubem.

Anglacupis pubes voces varietate Latinas,
Dulcis & eloquij numen adire bonum?
Hunc voluas vigilans hunc verses ergo libellum.
Qui tibi Romani luminis illud habet.

Eiusdem Saphicum.

Est loqui paruum, datur omnibusq; :
At loqui puro Latij nitore,
Ore quo fari solet eruditus.
Grande putatur.
Ecce sic fari docet libellus,
Quem puer tu si cupidè sequaris,
Sis licet tandem Ciceronie almi.
Magnus alumnus.

Foſt. Ad Lectorem.

Verbula si vario cupias sermone referre,
Hic discas multis pauca referre modis.
Doctorum multis latitans facundia libris,
Hoc statuit paruo nunc residere libro.

Eiusdem Saphicum.

Splendidam pinxit Veneris figuram,
Colligens multis decus ex puellis,
Sic breui linguam docuit latinam,
Alter Apelles.
Dicta *Multorum* memorat probata,
Hoc opus paruum nitida loquela:
Colligent librum pueri legentes,
Aurea dona.

To the ryghte Honourable my ſinguler good Lorde and mayſter, the Earle of Lennox, Dauid Rowlande wiſheth a happy encreaſe of Honour and Yeares in this Lyfe.

CONſidering wyth myſelfe (ryghte honourable, and my ſinguler good Lord) howe in reſpecte of tyme well imployed, no Iewell can bee thought precious or comparable, nor any thinge more vnpleaſaunt to the vertuous mynde, then the remembrãce of the euill and idle beſtowing thereof. I haue thought good as well for the auoyping of idleneſſe (mother of all vice) as

also, for the zeale I beare to this my natiue Countrey to selecte these sentences, varied manye wayes, out of the Italian author, Intituled in that tongue, Specchio de la lingua Latina, and to English them all vnder the name of A Comfortable ayde for Schollers, whych I haue chiefly done in the fauour of your Lordships noble and toward Sonne, trustinge that by helpe hereof, hee may more easily attayne to a further knowledge in that tongue: wherein as your honour is most desirous he should profite, (so thanks be to God) hee is now already well entred: and now that I haue finished my labourc, supposinge some younge students may (if they will) reape commodity thereby, and that beinge published, it may rather doe good, then harme: I haue presumed thus rudely and simply to set foorth the same,

deter-

determining for diuers considerations to beſtow it being the firſt fruits of my trauayle rather vppon your honour (as duty bindeth mee, beinge my good Lorde and Maiſter) then vpō any other perſon: becauſe I know none whō I thought would more fauourably accept my doinge, nor who of duety might more iuſtly clayme ȳ ſame then your Lordſhip, vnto whom I do now moſt hūbly dedicate this my trauayle, as a Token of my true and affectionate ſeruice, meaniuge hereby outwardly to ſhew, what the inward deſire is willinge to doe, if power and habilitie were thereunto correſpondent.

And now, for full accompliſhment and perfection of the meane worke, reſteth no more behinde but your lordſhips Honourable fauour to protecte the ſame, which

I moſt

I moſt humbly beſeech yon to receiue into your noble tuition, as well to gieue countinaunce and credite to the ſame as alſo going forth in your lordſhips name, to be an occaſiō vtterly to depreſſe the malignant and ſclaunderous tongues of ỹ ſimple and vnlearned ſort, againſt whoſe iniuryes neither good wil nor labour is able to withſtand, but only the mayntenaūce of my cauſe by your Honourable protection thereof, pleaſinge to accepte in good part this poore attempt of myne, whiche doing your Lordſhip ſhall heereafter incourage mee to beeſtowe my trauayle in matters of greater importaunce, and to acknowledge my ſelf mutch boūd to your Honour vnto whom I now moſt humbly ſubmit myſelfe and my doings, beſeeching Almighty God fauourably to defend and gouerne your Lordſhip in this lyfe, and

after

after that, mercifully to cõduct you to the vnspeakeable ioyes of his kingdome.
Amen.

By your L. most humble
and bounden seruaunt
Dauid Rowland.

I was honourably entertayned.

Qua debui veneratione fui exceptus?
Magna me veneratione prosecuti sunt.
Multis affectus fui honorum cumulis.
Multa me exceperunt veneratione.
Summo honore fui ab eis acceptus.

I doe accept your excuse.

Accipio excusationem qua vsus es, quòd occupationum impeditus, ad me scribere non potueris.
Quod scribis propter occupationes, te ad me scribere nõ voluisse, admitto excusationem tuam.

I entertayned Cæsar willingly which for thy cause came vnto mee.

Cæsarem tuo ad me nomine profectum vidi perlibenter.
Cæsarem tuis mihi literis cõmẽdatum libenter suscepi.
Cęsarem qui tuo ad me nomine venit libẽtissime recepi.

Thou hast gotten great prayse.

Maximã ex hominũ opinione existimationẽ adeptus es.
Tui quidem nominis existimatio, apud plurimos celeberrima est.
Amplissima ex cõstanti hominum sententia, tibi est virtutum laus attributa.

I am no flatterer.

Faceſſat à me aſſentationis ſuſpicio.
Aſſentari neſcio.
Non ſum palpo doloſus.
Aſſentationis ſum expers.
Non vtor gnatoniſmis.
Non ſoleo gnatonizare.
Nullus apud me fucis eſt locus.
Non aliud fronte ſimulo, nec aliud in pectore geſto.
Ab adulandi ſtudio ſemper, tanquàm inteſtino morbo abhorreo.
Adulationes græculas ſemper odi.

I will apply all my force to this matter.

Conabor, adnitar, totis adnitar neruis.
Totis viribus ad hoc inuigilabo.
Ad hoc animo connitar, & labore contendam.
Velis, remiſque, eò contendam.
Velis, Remiſque, eò feſtinabo.
In hac re ad extremum deſtinabo ſudorem.
Plurimum laboris in hac re exhauriam.
Adlaborabo pro vitili parte.
Quoad potero enitar.
Quanto potero ſtudio enitar.
Deſtinabo hûc omnes meos conatus.
Manibus, pedibuſque, connitar.
Totis neruis adlaborabo.

Thou haſte mutch labour.

Laboribus propemodum obruere is.

Ingenti

Ingenti laborum difficultate, tuus premiter animus.
Multis laboribus te exerces.
Innumeris te frangis laboribus.
Multi iugis curis, vigiliisque, tuus angitur animus.
Laborem stimulis, nō sanè paucis, tuus excutitur animus.
Te laborum onera propemodum opprimunt.
Te ipsum penè laboribus enecas.

Trauell for me as it were thyne owne matte.

Pro me tibi elaborādum est, perinde ac res tua ageretur.
Inuigila, & causam meam suscipe, perinde ac si negotium tuum tractares.
Non minori cura, rem meam complectere, ac si negotium tuum ageres.

He doth helpe alwayes those that are learned.

Fauet studiosis, & doctos quoad potest adiuuat.
Homo est propensa in viros literatos beneuolentia.
Bonas artes, earumque professores, plurimi æstimat.
Exactissimas, politioresque literas adamat, veneratur, suscipit.
Est cultioris literaturæ, perquàm studiosus.
Virorum eruditorum genus, illi quàm plurimum placet.
Est magnificus studiosorum Mæcenas.
Eius pectus, iuuandis studiosorum rebus, natū videtur.
Benignitate non vulgari studiosos omnes sibi distrinxit.
Nullo officiorum genere, studiosos non prosequitur.
Melioribus literis apud eum non modò est locus, verùm etiam eximia dignitas.
Toto pectore bonas literas, & earum cultores, tuetur, fouet, alit, ornatque.
Eruditorum omnium est studiosissimus.

Cultioris theologiæ professoribus impensè faueo,
Est præcipuus bonarum literarum fautor:
Est literarum amator magnificus.

Helpe mee with thy vertue.

Adiuua me tua virtute.
Suscipe me totum tuo patrocinio.
Defende me sapientia tua.
Subueni mihi consilio tuo.
Subleua me opera tua.

It is vnpossible to tell howe glad I am.

Magnopere lætatus sum.
Totus in lætitiam fusus sum.
Præ gaudio mihi visus sum desipere.
Gestiebam præ gaudio.
Lætitia penè desipui.
Incessit animo meo lætitia non mediocris.
Inuasit animum meum ingens lætitia.
Fui gaudio suffusus, perfusus, delibutus, delinitus, illectus.
Noua mihi quædam lætitia orta est.
Summum mihi gaudium ex hoc allatum est.
Ineffabili gaudio hoc me perfudit.
Ex hoc nuntio singularis lætitia profecta est.
Effecerunt nuntij vt gaudio prorsus exilirem.
Fui expletus lætitia.
Nouo fui correptus gaudio.
Animum meum cæpit incredibilis lætitia.
Vix eram apud me præ gaudio.
Totus lætitia exultaui.
Vix possum sermone consequi, quantum gaudij ex hoc

mihi na-

mihi natum sit.
Maiorē mihi attulisti lætitiā, quàm vt explicare possim
Hoc mihi attulit incredibile gaudium.

I haue taken great pleasures in thy letters.

Literæ tuæ magnam mihi voluptatem attulerunt.
Literæ tuæ mihi gratissimæ fuerunt.
Literæ tuæ non mediocri voluptate effecerūt.
Literæ tuæ mihi mirum in modum iucundæ extiterunt.
Ex tuis literis non mediocrem lætitiam percepi.
Literis tuis nihil poterat gratius afferri.
Literæ tuæ singulari me lætitia affecerunt.
Literæ tuæ amplum mihi gaudij cumulum attulerūt.
Ex tuis literis profectò magnam voluptatem accepi.

I haue put away all sorrowe.

Omne tedium deuoraui.
Quæ perferunt tedia negligo.
Omnem deposui molestiam.
Omnia fero moderatè.

I do reioce to heare the fame of thy vertues.

Ego tuarum virtutum celebritate plurimum gaudeo.
Ego tuarum virtutum existimatione summopere lætor.
Tuarum virtutum prædicatio maxima me lætitia afficit

I am glad that thou art returned safe vnto vs.

Gaudeo te ad nos superstitem recepisse.

Magnæ est mihi voluptati, te ad nos in columem rediisse.
Plurimum lætor, te ad nos saluum reuersum esse.

I am glad thou haste so good opinion of me.

Gaudeo plurimum, te de me rectè sentire.
Maximo afficior gaudio, ea, quę præsto, tibi iucundissima esse.
Maximè lætor, meam opinionē tibi probabilem videri.

He abstayneth from sinne.

Abstinet se à peccato.
Lubricum adolescentiæ iter, integrè, & puriter agit.
Semper à vitijs quàm longissimè recessit.
Remotus est ab omni criminis suspicione.
A nequitia, & corruptelis est alienissimus.
Ætatem agit non ignauia marcescentem, non abiectissimis scortis, non aleæ, non luxuriæ deditam, non vētri somnoque indulgentem, non alijs illecebris irretitam, quæ generosos animos frangunt, & eneruant.

I haue borne thee great loue from a childe.

Vsquè à teneris annis te plurimum dilexi.
Vsquè à pueritia magna sum te benevolentia cōplexus.
Vsquè ab infantia te mihi in amore coniunxi.
Vsquè ab incunabilis te charissimum habui.
Vsquè à teneris vnguiculis te amare cœpi.

I haue loued Cæsar for hys vertues from a childe.

Cæsarem omni virtute præditum, vsquè ab adolescentia summopere dilexi.

Cæsa-

Cæsarem omni virtute ornatum, maxima semper sum beneuolentia complectus.
Cæsarem omni virtute insignitum, summo amore ab ineunte ætate, prosecutus sum.

Many doe loue thee.

Diligeris effusissimè & non à paucis.
Sunt tibi amici complures.
Multorum est in te non vulgaris benignitas.

He loueth thee singularly well.

Te vnicè diligit.
Te habet charissimum.
Admitanda te quadam charitate prosequitur.
Te vno nihil habet antiquius.
Te non amat modò, verùm etiam obseruat.
Te singulari beneuolentia prosequitur.
Animo toto te complectitur.
Flagrat amore tui.
Est tui amantissimus.
Ex animo tibi bene vult.
Ex animo tibi bene cupit.

There hath alwayes bene great frendship betweene him and mee.

Mihi cum eo perpetua fuit necessitudo.
Cum eo mihi intercedit necessitudo.
Vir est mihi vnicè charus.
Est mihi mea vita charior.
Est mihi luce magis dilectus.
Me sibi benignitate non vulgari deuinxit.

Est mihi benignitate haud vulgari deuinctus.
Est mihi prop̃rijs oculis charior.
Est mihi magna necessitudine coniunctus..
Amor meus est in eum singularis.
Eum summa beneuolentia complector.
Est animæ tuæ plusquam dimidium.
Arctissimo amicitiæ vinculo mihi est coniunctius.
Tenaci quodam amicitiæ glutino mihi est copulatus.
Magna inter nos necessitudo incidit.
Est mihi amicus coniunctissimus.
Amore indissolubili coniungimur.
Est mihi cum eo amicitia non vulgaris.
Vix dici queat quanto amore eum prosequor.

I will shew my selfe a good freende vnto thee.

Me tibi amicissimum demonstrabo.
Amicum me tibi familiarissimum ostendam.
Virum me tibi coniunctum omnibus patefaciam.

I will alwayes be thy freende.

Ero tibi semper amicus.
Eadem erit & viuendi & te amandi meta.
Eadem mihi & viuendi & te amandi mensura fuerit.
Nulla æui diuturnitas, tuã apud me amicitiã obliterabit
Meum in te amorem, nulla vnquam ætas antiquabit,
Amorem in te meũ, perpetuo pariter cum ipsa vita progressu producam.
Expers huius vitæ fuero, priusquam ab amore tui alienus
Omnia mihi citiùs acciderint in vita, quàm odium tui,
Vita defungar priusquam te amare cessabo.
Diem obiero citiùs, quàm te odisse incipiam.

Ad ipsos vsque cineres pergam te amare.
Per vniuersum vitæ spatium, te amore prosequar.
Quàm longa dabitur vita, tam erit longa amicitia tui
Par nobis erit amoris tui, ac vitæ modus.
Inextinctum tui amorem semper tenebo.
Absit vt breuior fuerit amor tui, quàm vita.

He is a true freende.

Verus est amicus.
Nihil est in eo fuci.
Præstigias nullis amicitijs facit.

Thou art a false Freende.

Tua amicitia fucũ habet, & quasdã beneuolẽtiæ præstigias
Aliud habes in ore aliud in pectore.
Ex eodem ore calidum simul efflas & frigidum.
Tuis verbis amicũ te præstas, cogitatione autem insidias struis.
Palàm beneuolentiam, occultè vero periculum intẽdas.
Nunquam ex animo fuisti amicus.

Perswade thy selfe that I loue the dearely.

Tibi etiam atq; etiam persuadeas velim, Nihil esse vno me tui amantius, nihil tibi deuotius.
Certè quod ad animum meum attinet, vix in toto orbe esse puta, qui de te aut sentiat magnificentius, aut prædicet honorificentius.
Animum erga me tuum, tam amanté ac propensam amplector, atque expostulo.
Tacito quodam, & arcano sensu mentis, ad te obseruandum

dum impellor.

Nihil mihi consuetudine, in vita contigit gratius, nihilq; suauius.

Hoc vnum tibi persuadeo, neminem viuere qui te magis ex animo amet quàm ego.

There is no spot in our frendshyp.

Non est fucata quæ nos coniungit amicitia.

In nostra amicitia nihil est fuci, nihil præstigiarum.

Amicitiam nostram cõciliarunt mores incorrupti & vera inditia.

Talia iecimus amicitiæ fundamenta, vt ea nulla vnquã temporum iniuria possit abolere.

Nullam amoris inter nos iacturam factum iri putes.

Tecum nõ temporariam, sed perpetuam amicitiã statui.

Wee will alwayes bee frendes.

Semper erimus amici.

Perpetuus erit nostræ amicitiæ candor.

Firmissimo amicitiæ præsidio, sumus præcincti.

Nullus omnino casus amicitiam nostram obliterabit.

Nostra amicitia radices egit altiùs, quàm vt vnquam euelli possint.

Donec superstites esse nos sinent superi, integra manebit amicitia.

Non erit breuior amicitia, quàm ipsa vita.

Non minus durabilis erit hæc nostra amicitia, quàm hec ipsa vita.

Hee goeth not about to winne good will.

Nullos perferre, ac pati potest, quibuscunque degit.

Alios

Aliorum ſociorum ſtudijs obſequi neſcit.
Eſt paucis non aduerſus.
Adeò eſt conſortis impatiens, vt omnibus ſe præponat.
Non poteſt amicitiam parare, adeo moroſus eſt.

Hee fauoreth the learned:

Multa opera, ac benignitate, fauet bonis literis.
Is non indoctus, tum ingenio acerrimo, palàm tuetur bonas literas.
Fauet bonis literis, & harum rerum gratia, mihi quoque.
Homo eſt muſis ac gratijs natus.

Hee went about to kill mee:

Ad cædem & interitum me vocauit.
Mihi ad interitum, & necem, deſtinatus fuit & addictus.
De meo interitu, ac exitio perſæpe cogitauit.
Manu parauit, vt me interficeret.
Voluit me ad mortem rapere.
Parauit me ſummo mactari ſupplicio.

I doe loue thee.

Accepi te inter amicos, & quidem primi ordinis.
Es inter amicos, & qui noſtrã amplexi ſunt familiaritatẽ.
Tuam in me beneuolentiam, & tam graue teſtimonium pluris facio.
Lubens amplector, tuum in me animum.

I make no ende of louing thee.

Finem nullum facio tui amandi.

Amori nostro nullam finem impono.
Amor noster nullo fine terminatur.

I loue thee greatly.

Amo te plurimum.
Amo te multum.
Amo te valde.
Amo te plusquam dici potest.
Incredibili est meus erga te amor.
Incredibili te beneuolentia complector.
Exprimere non possem quantus est meus erga te amor.
Ardentissimo amore te prosequor.
Dici non potest quanto tui amore conflagrem.
Nemo vnquam vehementiùs aliquem amauit, quàm ego te amo.
I do loue thee mutch as well for thy vertues, & for the loue which thou beares me, as also for thy merites.

Ego tum propter insigneis virtutes, tum propter eximiū tuum erga me amorem, tum etiam propter maxima tua in me merita, te mirificè diligo.
Ego te tum preclaris virtutibus, tum summo tuo erga me amore, tum etiā amplissimis tuis in me officijs, summopere amo.

It is nedefull to departe.

Eundum est.
Maturandum est.
ter suscipiendum censeo:
Ad iter accingimur.

Pro-

Properandum censeo.
Est statim à prandio equitandum.

Hee hath taken his iorney by lande.

Iter illûc fecit terrestre.
Terra illûc concesit.
Itinere terrestri illûc profectus est.
Terra illûc iter quæsiuit.

I will shewe when that I may, my good minde towards thee.

Dum licuerit meum in te animum ostendam.
Simul atque dabitur opportunitas, declarabo si nihil aliud certè propensum in te animum.

I am scarce able to withholde my selfe from comming to thee.

Ego vix me contineo, quin ad te aduolem.
Ego penè me contineo, quin ad te curram.
Ego vix teneor, quin me ad te quam primum transferam.

I am ready to doe you good in your affayres.

Paratus sum ad omnia.
Testor me ad omnem nutum paratum esse.
Sum ad tua vota paratus.
Si quid excogitasti, habebis me ad istud facillimum.
I giue eare to this with a willing minde.
Libens istud audio.
Audire istud ex animo gaudeo.

Istud est mihi auditu, perquàm iucundum.
Haud istud inuitus audio.

Heare what my iudgement is of this matter.

Audi meam opinionem.
Paucis super hac re meam accipe sententiam.
Quid de hac re sentiam paucis accipe.

Cæsar certified mee that thou couldest not write.

Expectanti mihi literas tuas, Cæsar nunciauit, te nihil scribere posse.
Cupienti mihi tuas videre literas, Cæsar significauit, te mihi literas non missurum.

I doe looke for your letters dayly.

Expecto tuas literas quotidie.
Incredibile me tenet desiderium videndi litteras tuas.
Cupio tuas literas quàm primum videre.
Expecto indies, vt tuæ mihi literæ deferantur.
Non potest existimare, quantopere literas tuas desiderē.

I do looke for you immediatly after ỹ sight of my letters.

Visis meis literis, te quamprimùm expecto.
Lectis meis literis, statem te operior.

Haue regarde to thy health.

Cura vt valeas.
Cura valetudinem tuam.

Curæ

Curæ sit tibi valetudo tua.
Curam habens valetudinis tuæ.
Da operam, vt valeas.
Fac, vt optimè valeas.

Hee is not apt to follow vertu.

Non est idoneus ad virtutem:
Illotis pedibus virtutem aggreditur.
Confidentur, atque imperitè, virtutem a[illegible]editur.
Haud quaq; lotis (vt aiunt) manibus ad virtutem aduolat.

His vnsatiable desire of ritches can neuer be satisfied.

Est auri sitientissimus.
Lucris & opibus inhiat.
Mira diuitiarum fames habet hominem.
Feruet auaritia, miseraque cupidine pectus.
Est auidissimus lucri.
Aurum immodicè sitit.
Illi, nullus satis est thesaurus.
Ab ipsis etiam statuis exigeret farinas.
A mortuo tributum exorqueret.
Aurum auidissimè esurit.
Retia vtique tendit ad nummos.
Querendæ vndique pecuniæ se dedit.
Ipse minus quàm luscinia dormit, vt aurum expugnet, ducatúque captiuum.
Immoritur lucris, & amore senescit habendi.

Hee is to much a Niggarde.

Est nimis parcus.

Impen-

Impendio parcus.
Parcus ac propemodum sordidus.
Est cumini sector.
Cupit secuisse Cuminum.
Ob nimiam parsimoniam malè audit
Homo est vehementer parcus.
Ficos etiam diuideret.

To dispise ritches is commendable.

Cõtemnere diuitias, abundè generosum, magnificũq; est
Mirari pecuniam cum vitio est coniunctum.
Nihil est extra nos quod tam exiguã commoditatem affert, quàm pecunia.
Hoc titulo vel infœlicissimus est diues, quòd amicum ne dignoscere quidem potest.
Pecuniæ amor studiumq;, omnem animi tranquilitatem mille curis dilaniant,
In omne nephas præcipites nos adigunt nummi.
Quisquis admirator est auri, odit virtutis indolẽ, odit, & omneis honestas artes.

Bolde, rashe, without shame.

Effræni audacia insignis.
Herculea audacia admirandus.
Impudentis audaciæ fatalles.
Audacia plusquam herculana præditus.
Impudenter audax.
Nimio plus audax.
Audax plus satis.
Nimia audacia solutus,
Audaciæ est non tolerandæ.

If any newes happen I will certifie thee thereof.

Tibi nuntiabo quicquid noui fiet.
Quicquid interim noui orietur, tibi scribam.
Audies posthac ex me noua quæcunque hic gerantur.
Si quid interea noui emerserit, faciam te quamprimùm certiorem.
Curabo ne quid rerum nostrarum ignores.
Quæ hic gerentur ex me accipies.
De toto statu rerum cõmunium, quę et quales sint ex me cognosces.
Scribam ad te omnibus de rebus, quæ hic agentur.
Si quid existat noui, tibi per literas indicabo.

Shee is a Mayde of great Beauty.

Virgo est haud deformis.
Facie venusta virgo.
Virgo electæ pulchritudinis.
Virgo formæ dotibus insignita.
Virgo est eleganti forma.
Virgo est eximiæ formæ.
Forma est & ætate florens.
Virgo est mira specie.
Est decora, & egregia forma.
Nihil ea ipsa formosius, venustius, pulchris, speciosius.
Virgo est insignitæ pulchritudinis.
Egregia forma atque ætate integra.
Virgo est exuperanti forma.

Although I haue not at this time, whereof to write, yet would I not suffer my frend to depart empty away.

Etsi nihil habeo quod ad te scribã, volui tamen amico ad

te proficiscenti aliquid literarum date.
Quanquam, quid ad te scribam, non habeo curaui tamen ne amicus meis literis vacuus ad te proficisceretur.
Tametsi nihil noui, quod tibi significem occurrit, volui tamen meas potius literas inanes, quàm nullas esse.

Thou hast done mee many good turnes.

Multa in me contulisti beneficia.
Obruisti me tot beneficijs, vt me pudeat toties gratias agere.
Maximis me beneficijs pro tua humanitate, singulariqúe fauore semper es prosecutus.
Multis me officijs cumulasti, nullis à me studijs lacessitus

Thou shalt receyue blame by this.

Hoc tibi dabitur vituperio.
Hoc tibi vitio assignabitur.
Hoc tibi in culpam cadet.
In te recudetur faba.
Vituperationem subibis.
Tibi hoc culpæ vertetur.
In te hoc vitium transferetur, torquebitur.
Id tibi passim magni probri vici obijcietur.

Slaunder mee not.

Ne detrahas.
Verte stimulos tuæ linguæ.
Comprime linguam, ne quid velit, loquatur.
Necessum est fræna tuæ linguæ concutere.
Sunt tuæ fræna linguæ cohibenda.

Repri-

Reprimenda est petulantia tuæ linguæ.

We haue neede of thy helpe.

Tua authoritate nobis opus est.
Tuo consilio indigemus.
Gratia tua nobis necessaria est.
Tua nobis virtus est plurimum opportuna.

It is requisite that thou study.

Opus est, vt literis inuigiles.
Necesse est, vt literis incumbas.
Necessitas postulat, vt præclaris disciplinis inuigiles.

This must bee all tolde from the beginning.

Sunt huiusmodi primordia aperienda.
Hoc altius, & à prima origine repetendum.
Ab ipso rei primordio omnis retrò memoria repetenda (est

Hee is an honest man.

Genuina est bonitate præditus.
Est vir probus.
Genuina ei inest probitas.
Multa est probitate conspicuus.
Nihil suo genio melius, suauius, mellitius.
Egregia vitæ sinceritate clarus.
Vir recti semper conscius.
Vir ipsa probitate melior.
Est candidis moribus formatus.
Tam sancta tanque sincera est eius vitæ integritas, vt ere

datur ab omni fece terrena igne diuini amoris excoct⁹
In eo præ cęteris peculiariter elucet mellita quędã morum ſuauitas, ſumma cum dignitate copulata.

Good morrowe.

Bona dies.
Precor vt hic dies tibi candidus illuxerit.
Precor vt hic dies tibi fœlix ſurrexerit.
Sit fœlix exortus huius diei, & ſit vtrique noſtrum.

Good night.

Opto tibi noctem proſperam.
Precor tibi noctem placidam.
Contingat tibi fœlix ſomnus.
Det deus tibi placidam quietem.
Det deus tibi ſomnum abſque ſomnijs.
Faxit deus vt aut placidè dormias, aut fœliciter ſomnies
Sit tibi, fauſta nox.

Mutch good may it do you.

Sit fœlix conuiuium.
Bene ſit vniuerſo cœtui.
Precor omnia læta vobis omnibus.
Deus bene fortunet veſtrum conuiuium.

Your brefneſſe in writing cauſeth me to be ſo briefe.
Tuarum ad me literarũ breuitas præſtat, vt ego quóque inſcribendo breuior eſſe debeam.
Breues tuæ ad me literæ demonſtrant, vt breuius & tidi reſpondeam.

Cum

Cum te in scribendo breuem esse videam, breuiorem etiã me, quàm soleam esse constitui.

Hee is a Lyer.

Mendax est.
Ipso mendacio mendax magis.
Parthis & Cretensibus longè mendacior.
Eius est impudens mendacium.
Vir impudentissimè mendax.
Eius verba tantũ distant à vero, quãtum cygnus à coruo.
Est testis Cretensis.
Est testis Græca fide præditus,

I am not able to tell how ioyfull I would be at my freendes deliuery.

Haud scribere possum, quàm mihi erit gratum, si amicũ quietum reddideris.
Verbis explicare minimè possum, quàm mihi erit iucundum, si amicum à molestijs liberum præstiteris.
Nullo satis possum dicendi genere declarare quàm mihi erit acceptum si à molestijs amicum liberaueris.

I doe loue thee euery day better and better.

Ego te indies chariorem habeo.
Nemo est, quem magis quàm te chariorem habeam.
Familiaritas tua est mihi indies acceptior.
Nemo est, quem maiori, quàm te beneuolétia cõplectar.

It is thy duety to seeke no sutch thinge.

Hoc indagare tua non interest,

Hoc tuæ coniectura mentis non capit.
Hoc inquirere non debes.

Seeking what I might write, Cæsar gaue mee matter.

Quærenti mihi quid ad te scriberem, Cæsar vtriusq; nostrûm familiaris idoneam nimis ad te scribendi opportunitatem præstitit.
Perscrutanti mihi quid tibi literis declararem, Cæsar necessarius noster materiam scribendi aperuit.

I do watch diligently to do thee a pleasure.

Ego benevolentia impulsus, semper quæro tibi rem gratam facere.
Ego amore adductus, quærito tibi morem gerere.
Ego dilectione, & charitate compulsus, exquiro tibi obtemperare.

I haue sought this matter out with all diligence.

Curiosis oculis omnia perscrutor, contẽplor.
Scriptores illustres properantiùs euolui.
Libros sanè quàm multos volutaui.
Exactiùs perpendi.
Curiosiùs hoc introspexi.
Satis inquisitè satisq; solicitè hoc quæsiui.
Adamussim solertique in dustria hoc inuestigaui.

I do seeke by al meanes to render vnto thee, the lyke benefite as thou haste bestowed vpon mee.

Omnes rationes perscrutor, vt pro tua erga me merita.

tibi

tibi gratificer.
Omnes vias perſcrutor, vt pro tuis in me officijs virum me beneficiorm meorem cognoſcas.

This matter is not yet knowen.

Hoc non eſt ſatis certum.
Hoc incertum eſt & vacillans.
Pendet adhuc fides veri.
Hoc eſt parum adhuc exploratum.

Cæſar is mindefull of benefites.

Cæſar eſt beneficiorum memor.
Cæſar mutuis officijs reſpondet.
Cæſar beneficiorum nunquam obliuiſcitur.
Cæſar officiorum viciſſitudinem reddit.

Cæſar hath endeuored to diſturbe the cõmon wealth.

Cæſar conatus eſt Rempub. perturbare.
Cæſar tentauit Rempub. turpiter impedire.
Cæſar communem ſalutem vlurpare enixus eſt.

What nedeth it, thee thus to commende thy matter vnto mee, ſeeinge I doe eſteeme it as mine owne.

Quid eſt, quod tuam cauſam tantopere commendas cùm eam communem eſſe exiſtimem.
Non expedit vt rem tuam mihi tantum cõmendes, cùm eam propriam eſſe cognoſcam.
Non eſt opus vt hac de re tantopere me obtundas, cùm eam ad me ſpectare arbitrer.

What want is there in our freendeship.

Quid familiaritati noſtræ adiungi poteſt.
Nihil deeſt beneuolentiæ noſtræ coniunctionis.

What wilt thou say if theese things shalbe falſe.

Quid, ſi quæ dicta ſunt falſa ſunt omnia.
Quid, ſi oſtendam hæc omnia eſſe inania.
Quid, ſi hæc omnia nulla eſſe demonſtrem.
Quid, ſi hæc omnia ſimulata confirmem.

I am glad thou loueſt mee.

Quòd me amas eſt mihi pergratum. (cunda.
Declaratio amoris, quem erga me habes, eſt mihi periu-
Optima tui erga me amoris cõiũctio, mihi gratiſsima eſt.

Who is more diligent then Cæſar.

Quis eſt in agendis rebus magis impiger, quàm Cæſar.
Quis eſt in negotijs Cæſare curioſior.
Quis eſt in ſpectandis rebus magis diligens, quàm Cæſar.

Hee is a Babler of triſling matters.

Prodigioſa figmenta ſunt ſua.
Seniles ſunt fabellæ.
Pueriles ſunt nugæ.
Ad forum excogitata hæc omnia.
Hæc ſunt indigna auditu.
Videtur mihi cum martre Euandri fabulari.
Hæc commentitia ſunt.

Hæc

Hæc sunt ab omni virtutis tramite exorbitantia.

Hee is alwayes in hande with triflinge tales.

Semper garrit & fabulatur.
Perpetuò nugatur.
Perpetuas agitat nugas.
Assiduum congerronem agit.
Bonam temporis partem in nugis collocat, rebusque nihili perdit.

Hee is a bayne Talker.

Garrulus est.
Est impendio loquacior.
Est homo non loquacissimus sed ipsa loquacitas.
Est ipsa loquacitate loquacior.
Eius verba ore nascuntur, non in pectore.
Ei innata est verborum petulantia, & loquendi temeritas
Stultitia ei inest, & inanis dicendi copia.
Est Thersites alter.
Loquitur sine iudicio.
Est homo linguax, loquax, futilis.
Quicquid in linguam venit, eloquitur.
Vir improbæ loquacitatis.
Coruus est Apollinis.
Ei est proprium nugas sectari.

Thou prateſt thou canſt not tell what.

Garris, & nescis quid dicas.
Obstrepis inaniter.
Ne graculo quidem cedis loquacitate.
Superas & turturem.

As it is reported.

Vt aiunt.
Vt dicunt.
Vt tradunt.
Vt fertur.

As Virgil maketh mention.

Vt est apud Virgilium.
Vt Virgilij est sententia.
Vt Virgilius sentit.
Vt inquit Virgilius.
Vt testatur Virgilius.

As I ought.

Vt debeo.
Vt teneor.
Vt Ius postulat.
Vt nostra expostulat amicitia.

As heeretofore I haue written.

Vt paulò antè scripsi.
Vt paulò antè perstrinxi.
Vt est à nobis paulò antè commemoratum.
Vt non multum antea dixi.
Cuius rei antea mentionem feci.

As it seemeth vnto me.

Vt mea fert opinio.
Vt mihi videtur.
Vt arbitrari possum.
Vt coniecturi possum.

As

As the matter requireth.

Vt res postulat.
Vt causa desiderat.
Vt negotium requirit.

Howe the matter hath gone forward, thou shalt vnderstande by others.

Quomodo res se habuerit, ex aliorum literis, intelliges.
Vt euenerit in causa alij tibi significabunt.

A fayre and an horrible company.

Celebris hominum conuentus.
Præclara ista hominum frequentia.
Concursus hominum doctissimorum.
Cætus hominum, concio.

An euill comparison.

Ista non sunt illis comparanda.
Diomedis, herclè arma, & Glauci non disparia magis pretio æstimata, quàm hæc duo sunt inter se disparia.

Thy oration or epistle is very learned and eloquent.

In tua oratione, maiestas quædam linguæ continetur, & sanctitas.
Inueni in tua epistola, non sellulariam ac triuialé doctrinam sed qualem *M*arci Catonis.
Tua scripta incorruptæ vetustatis indole censentur.

Thy epistle is most vnlearned.

Est tua epistola incondita, indiscussa.

Sunt

Sunt tua dicta sanè, quàm frigidissima.
Est tua tortuosa oratio & tergiuersans.
Epistola tua caret penè viribus & vita caret, affectu caret, indole iacet, dormit, stertit.
Epistola tua neque foris prodest.

I doe now confesse that thy opinion is true.

Fateor sententiam tuam esse veram.
Assentior, tuam sententiam esse ratam.
Concedo sententiam tuam laudabilem esse.

My trust is onely in thee.

Fixi in te spem meam.
Tuo innitor auxilio.
Locaui in te spes meas omnes.
Meæ in te spes recumbunt.
Tu es scopus meæ spei.
In te vno omnes opes, spesq; meæ, sitæ sunt.
Sum tuo solius auxilio addictus.
Tu mihi es velut anchora quædam sacra.
Non tuæ constantiæque diffido.
In te vno sunt spes omnes opesque.

I trust by thy helpe to obtayne my desire.

Mihi optimè persuadeo, opera & studio tuo, quod desidero, me faciliter obtenturum.
Confido cura, & diligentia tua, quod cupio me facilè impetraturum.
Spero tua prudentia, atque consilio me omnia consecuturum.

Thy letters gaue me to vnderstande that thou hadst a good Witte.

Cognoui ex scriptis tuis, te habere optimum ingenium.
Tua scripta mihi specimen acris, vegetiq́ue ingenij prębuerunt.

I doe right well knowe thy good will towardes me

Cognosco tuam in me beneuolentiam.
Ingratissimus sim mortalium omnium, si tuū in me animum, tuumq́ue erga me studium, non agnoscam.
Equidem multiplici argumento, tuam in me beneuolę-tiam agnosco.

I doe know that thou louest mee.

Cognosco quòd me amas.
Veterem tuum in nos animū, non sine voluptate ag̃nosco
Expertus sum mirum tuum in me studium.
Non ignorabam antea, benignitatis tuæ in me fauorem tamen, id plenius hodie cognoui.

Thou canst help and comfort mee at my neede, or thou onely hast remedied my griefes.

Mihi non mediocri beneficio fuit tua tã amica cõsolatio
Rebus meis tam afflictis mederi potes.
Tu non solis verbis dolorem meum lenire, sed animum meum, consolando, subleuare soles.
Vulnus animi mei semper mitigas.
Tam tempestiua consolatione, veluti valido quodã pharmaco, animi mei ægritudinem expulisti.

Te

Sunt tua dicta sanè, quàm frigidissima.
Est tua tortuosa oratio & tergiuersans.
Epistola tua caret penè viribus & vita caret, affectu caret, indole iacet, dormit, stertit.
Epistola tua neque foris prodest.

I doe now confesse that thy opinion is true.

Fateor sententiam tuam esse veram.
Assentior, tuam sententiam esse ratam.
Concedo sententiam tuam laudabilem esse.

My trust is onely in thee.

Fixi in te spem meam.
Tuo innitor auxilio.
Locaui in te spes meas omnes.
Meæ in te spes recumbunt.
Tu es scopus meæ spei.
In te vno omnes opes, spesq; meæ, sitæ sunt.
Sum tuo solius auxilio addictus.
Tu mihi es velut anchora quædam sacra.
Non tuæ constantiæque diffido.
In te vno sunt spes omnes opesque.

I trust by thy helpe to obtayne my desire.

Mihi optimè persuadeo, opera & studio tuo, quod desidero, me faciliter obtenturum.
Confido cura, & diligentia tua, quod cupio me facilè impetraturum.
Spero tua prudentia, atque consilio me omnia consecuturum.

Thy letters geue me to vnderstande that thou hadst a good Witte.

Cognoui ex scriptis tuis, te habere optimum ingenium.
Tua scripta mihi specimen actis, vegetiq; ingenij prebuerunt.

I doe right well knowe thy good will towardes me

Cognosco tuam in me beneuolentiam.
Ingratissimus sim mortalium omnium, si tuũ in me animum, tuumq; erga me studium, non agnoscam.
Equidem multiplici argumento, tuam in me beneuolẽtiam agnosco.

I doe know that thou louest mee.

Cognosco quòd me amas.
Veterem tuum in nos animũ, non sine voluptate agnosco
Expertus sum mirum tuum in me studium.
Non ignorabam antea, benignitatis tuæ in me fauorem tamen, id plenius hodie cognoui.

Thou canst help and comfort mee at my neede, or thou onely haste remedied my griefes.

Mihi non mediocri beneficio fuit tua tã amica cõsolatio
Rebus meis tam afflictis mederi potes.
Tu non solis verbis dolorem meum lenire, sed animum meum, consolando, subleuare soles.
Vulnus animi mei semper mitigas.
Tam tempestiua consolatione, veluti valido quodã pharmaco, animi mei ægritudinem expulisti.

Te

Te consolatore, mihi magnoperè est opus.
Quum me acerbus animi dolor totum possideret, tempestiuus affuisti consolator.
Tu ad consolandum non parum idoneus, quoties animo angor me validissimè confirmas.
Ægritudini, qua animus meus afflictabatur, præsentissimum medicamentum adhibuisti.
Nihil æquè dolorem meum leuauit, quàm tua peramica consolatio.
A te persæpè fui luctu meo amantissimè confirmatur.

Hee is chosen a Councellour,

Consulatum adeptus est.
Ad consulatum euectus est.
Consularis dignitatis fastigium conscendit.
Ad consularem maiestatem est prouectus.

Being cõstrained by the loue which thou beares me, I seeke to doe thee a good turne.

Ego beneuolentia impulsus, semper quæro tibi rem gratam facere.
Ego amore adductus, quæro tibi morem gerere.
Ego dilectione, & charitate compulsus, exquiro tibi obtemperare.

Hee is a man of great continency.
Vir est nomine continentiæ satis spectatus.
Magnum præbet continentiæ exemplum.

I doe agree or yelde to thee.
Assentior tibi.

Tecum

Tecum sentio.
Tibi accedo.
In tuam sententiam pedibus eo.
Accedo tuæ sententiæ.
Tuo iuditio subscribo.
Idem sentio, quod tu.
Omnia mihi tecum constant.
Sumus eiusdem sententiæ, eiusdem suffragij, eiusdem opinionis, eiusdem sectæ.
Hoc omnes vno ore confirmant.

Beware that thou spend not thy tyme in trifling.

Caue in huiusmodi nugis seriam operam ponas.
Molestum est bonas literas in his nugis collocare.
Indecorum est, huiusmodi ineptijs, bonam temporis partem insumere.

Theese thinges seeme contrary one to an other.

Hæc sibi contrarietate aduersantur.
Hæc aduersis frontibus pugnant.
Hæc virtutibus inter se contrarijs sunt designata.
Hæc magna contrarietate dissident.

The banquet is ready.

Conuiuium est paratum.
Instaurata est comessatio.
Instructa est epularum magnificentia.
Sumptuosa cœna parata est.
Cœna est opiparè instructa.
Lautissima est cœna.
Ingens curatur epularum apparatus.

Hee hath corrupted him.

Corrupit eum & deprauauit.
Suarum corruptelarum illecebris, eum irretiuit.
Integros adolescentuli mores, sua pernicie corrupit.
Luxum illi suasit.
Eum sua nequitia perdidit prorsus, & labefactauit.

Hee is curteouse and gentle.

Mira est in eo benignitas.
Omnibus eius est humanitas cognita, & explorata facilitas
Nihil humani ab eo alienum puto.
Eo vno nihil habetur humanius, nihil eruditus, nec melius.
Eo nihil candidus, nihil benignius.
Hic homo gratijs natus, humanitate sua mortales omnes deuincit.

Such is the custome and manner.

Moris est, est consuetudinis.
Peruulgati moris est.
Hoc est publica consuetudine receptum.
Priscis temporibus hoc consuetum est.
Est solemnis consuetudo.
Ad hæc vsquè tempora hæc consuetudo penetrauit.

Hee is well mannered.

Bene moratus est.
Inculpatè viuit.
Moribus est vndecunque integris, & incontaminatis.
Est moribus insignis.

Iam

I cannot beleeue this.

Non possum hoc credere.
Vix animum ad hoc queo inducere.

Thou beleeuest all thinges rashly.

Credulus es nimis.
Propelle illã tuę salutis nouercã facillimã credulitatem.
Caue ne cui temerè credas.
Noli nebulonibus istis, quicquàm istiusmodi credere.
Ne tã facilè credas vel laudatoribꝰ istis, vel obtractoribꝰ.

Doest thou iudge me to be so rude, that I will not loue thee as thou louest mee.

Existimas ne me adeo inurbanum, vt mutuo non diligãs?
Existimas ne me adeo ingratum, vt pari tibi amore non respondeam?
Sum ne adeo humanitatis expers, vt tibi amoris vicissitudinem non arttribuam?
Adeò me in humanum iudicas, vt eandem tibi amoris retributionem non præstem?

Thou art very cruell vnto mee.

In me nimis acerbus es, nimis difficilis, nimis inhumanus, nimis seuerus.

I esteeme it not a whit.

Nihil mea interest.
Nihil mea refert.
Parui mea interest.
Non magni mea refert.
Nihil laboro.
Susque, deque fero.

I haue cõmitted the custody of my money vnto thee.

Meæ pecuniæ custodiam tibi credidi.

Pecuniæ tibi custodiam commiſi.
Meum argentum tuæ curæ traditum eſt.
Credita eſt tibi pecunia mea aſſeruanda.
Commiſſa tibi eſt meorum nummorum cuſtodia.

Thou geuest light to darke thinges.

Obſcuris rebus das nitorem.
Ornas quæ vilia ſunt.
Trita omnia per te noua ſplendidaque redduntur.

Euen from his infancy.

Ab infantia.
Ab incunte ætate.
A paruulo.
A Rudibus annis.
A Prima pueritia.
Ab ipſo vitæ exordio.
Ab ipſo vitæ limine.
Ab incunabulis.
Ab ipſis crepundijs.
A tenera ætate.

I haue no Money.

Pecunias non habeo.
Exhauſi loculos omnes.
Effudi pecunias omnes.
Laxiſſimi ſunt mihi loculi.

This ſhalbe a great dammage vnto thee.

Hoc tibi grandis iacturæ erit.
Graui tibi erit exitio.
Grauem ex hac re accepturus es calamitatem.
Non iacturam ſolum facies, ſed & naufragium.
Hæc res plurimum tibi detrimenti, magnamq; pernicie allatura eſt.
Multum detrimenti ex hoc capies.
In hoc grauem facies iacturam.

Afficiet hoc iactura non mediocri.
Thou owest much.
Debes multa.
Multum æris alieni conflauisti.
Ære multo alieno obstrictus es.
Debitorum mole pergrauatus es.
Tuis non dum satisfeciisti debitis, quæ ingentia sunt.

Hee is worthy of long lyfe.
Dignus est, qui quàm diutissimè viuat.
Dignus est, qui annos Nestoris vincat.
Dignus, cui perpetuos annos concedant superi.
Dignus est, qui sit cornice viuacior.
Dignus est cùi pepetui decernantur honores.
Meretur æternitatem.

I haue not as yet bene able to do any thinge in thy matter, or I am diligent in thy matter.
De re tua nihil adhuc perficere potui.
De negotio tuo ita sum curiosus, vt nihil aliud curem.
De causa tua optimum me spero finem consecuturum.

Of which the one is to be prayed, and the other to be blamed.

Quorum alter plurimùm laudãdus est, alter summopere vituperandus.
Quorum alterum laude prosequimur, alterum ignominia insectamur.
Quorum alteri summa laus, alteri summa vituperatio attribuitur.

I haue determined to do this.
Decreui hoc facere.
Hoc apud me facere decretum est.
Hoc deliberatum est.

Hoc certum est.
Hoc in animo habeo.
Hoc mihi est in animo.
Hæc mea est sententia.
Hoc est mei consilij.
Hoc statui in animo.
Hoc mecum statui, constitui.
Hoc est animo fixum, immotumque.

He is desirous of glory and fame.

Laudis est auidus.
Est amas gloriæ.
Sitit famam.
Est laudis humanæ cupidissimus.
Nullius rei quàm laudis ambitiosior.
Est laudis appetens.

I doe greatly desire friendship.

Maximè expeto amicitias.
Nemo me viuit amicitiæ cupidior.
Omnium proborum amicitiam sinceriter amplector.
In amicitiam multorum insinuari vehementer ardeo.
Ego non solum oblatas amicitias diligenter colo, verùm & sponte mea alias ad mutuum amorem prouoco.
Sum pertinacissimus micorum cultor.

I couet much to haue thig.

Hoc magnopere cupio.
Hoc summopere exopto.
Hoc maximè velim.
Nihil est mihi magis in votis, quàm vt hoc fiat.
Summopere hoc à me expetitur.
Hoc est mihi in votis.

All men desire ritches.

Omnes optant diuitias.
Ad aurum congerendum certatim itur ab omnibus.

Complu-

Complures modicè aut etiam minus quàm luscinia dormiunt, vt aurum suis viribus expugnent.

Nullum est hominum genus, quod auri habendi cupiditate, non intabescat.

I am desirous to keepe my countrey in safety.

Eximia ardeo cupiditate patriam illæsam seruare.

Maximo afficior desiderio ciuitati statum augere.

Incredibile me tenet desiderium Remp. saluam esse.

Many things haue bene sayde of mee.

Multa dicuntur de me.

Non sum ignarus, varios rumores de me spargi.

In me fœda, & capitalia dicuntur conuitia.

Hee hath spoken bytterly.

Hac sententiam mira verborum parsimonia perstrinxit.

Breuiter enarrauit.

Laconica vsus est breuitate.

Laconismo delectatur.

Laconicam imitatur breuiloquentiam.

Æmulatur laconismum.

Paucis hoc exponit.

Summatim hoc expressit.

Rem paucis explicat.

I do wishe that the common wealth be safe.

Meum desiderium est, vt communis Reipub. salus, illæsa conseruetur.

Tenet me desiderium, vt respub. salua sit.

Pregestit animus, vt reipub. rationibus rectè consulatur.

I am desirous that we may haue peace.

Exopto vt tranquilla pace fruamur.

Summo cũ desiderio expecto, vt quietam pacẽ habeamus,

Cupio maximè, vt aliquando libertate fruamur.

Thou speakest euill of mee.

Detrahis mihi.

Canina facundia me in sequeris.
Caninè nimis, & inuidè me persequeris.
Me tua non mediocriter onerat inuidia.
Euaginata lingua me prosequeris.
Me mordicùs laceras.
Me mordicùs arripis.

All men do know that this is true.

Nemo est tam improbus, qui hoc non fateatur.
Vno ore dicunt omnes.
Quis tam stultus, qui hoc non dicat.
Nemo tam perditus, tamque flagitiosus, inueniri potest, qui id non iurè factum fateatur.

I haue defended thee.

Defendi te.
Ego à tuis aduersarijs steti.
Ego ab aliorum calumnijs te defendi.
Tuas partes accerrimè rutus sum.

This is a hard matter.

Hoc difficile est.
Hoc est admodum difficile.
Hoc opus, hic labor est.
Hoc est operosum & laboris immodici.
Hoc multi est negotij.
Ardua molietur, quisquis hoc audebit.
Adiante hic opus est.
Herculanas vires hoc opus desiderat.

I haue taken in hand a hard enterprise.

Durum profectò suscepi negotium.
Rem prorsus magnam animi, & corporis, agressus sum.
Audax facinus subiui.

I do delight much in thy kinde of writinge.

Nullo stilo magis, quàm tuo capior.
Tuus stilus est castigatissimus.

Dele&

Delector ſtilo tuo.

I delight mutch in thy conuerſation.

Tua familiaritate delector. (litius.

Diſpeream, ſi quid in vita mihi eſt tua conſuetudine mil-

Nihil poſt Deum immortalem mihi eſt in vita, tua conſuetudine ſuauius.

Hee is diligent in his doinges.

Satagit rerum ſuarum.

Ea curat, quæ ad ſe attinent.

Suis rebus optimè conſulit?

Hee is diligent in other mens matters.

Satagit rerum alienarum.

Quòd ſua non intereſt, id non deſinit percontari.

Ea curat, quæ nihil ad ſe attinent.

Aliena magis, quàm ſua curat.

God proſper thy doinges.

Incœpta ſecundet Deus.

Dij bene vertant quod agis.

Sit fauſtum, ac fœlix, quod aggrederis.

Bene fortunat Deus tuos labores.

Faueant ſuperi tuis conatibus.

Benè fortunet Deus quod tibi in manibus eſt.

Fœliciter cedat, quod inſtituiſti.

Proſperè ſuccedat, quod auſpicatus es.

Bonis auibus cœptæ res, melioribus exeant.

God keepe thee.

Seruet te Deus.

Te ad meliora prouehat.

Te nobis Deus incolumen reddat.

I will ſpeake briefely.

Breuibus me expediam.

Dicam ſummatim.

Omnia compendioſè narrabo

I will declare long matters briefely.
Quæ maiora sunt breuibus exponam.
Quæ sequuntur breuibus perstringam.
Quæ maiorem orationem desiderant, ab his me breuib⁹ expediam.

Discord es please mee not.
Odi discordias.
Factiones omnes perhorresco.
A seditiosis factionibus, sum quàm alienissimus.
Ab omnibus dissidijs, áuersus sum si quis alius est.
Nihil mihi commune cum dissidiosis seditionibus.

Hee disputeth valiauntly.
In arena, & stadio literario, digladiatur.
Doctissimè disceptat.
Descendit in arenam audacter.
Ab eo diligentissime disputatur.
Relucet in homine anxietas quædam disputationis.

This is most pleasaunt and sweete.
Hoc est quouis melle dulcius.
Hæc est mera suauitas.
Hoc est merum mel Atticum.
Hoc sua suauitate, mel Atticum, & saccarum, omne Nectar Ambrosiam, superat.

I doe lament the death of Cæsar.
Doleo mortem Cæsaris.
Cæsaris mortem deploro.
Mærorem mortis illius, mihi sola mors adimes.

I am sorry for your discorde.
Dissidium istud indies, inter vos gliscere, doleo.
Dici non potest, quàm acerbissimè feram hoc dissidij, inter vos incidisse, quorum vtriusq; & ingenium adamo & gloriæ faueo.
Doleo ob vestram discordiam.

Doest

Doest thou demaunde what opinion I haue of ȳ cō
mon wealth.
Petis quid sit mea de Repu. sententia.
Scire cupis quid de Repub. sententiam.
Quæris quæ sit mea de Repub. mens.

I do daily endeuour to mayntayne our frendship.
Insudo indies, ne quid de nostra coniunctione, remissum putes.
Ago sedulo, ne optimam meam erga te voluntatem, aliqua ex parte diminutam censeas.
Inuigilo assiduè, ne quicquam de tuo, meæ erga te beneuolentiæ iudicio, diminutum credas.
Do operam quotidie, ne quid de meo erga te amore minuatur

Seeing thou art so willinge, I will do euery thynge for thy sake.
Quoniam ita vis, omnia tuo amore perficiam.
Quandoquidem ita cupis omnia tua causa efficiam.
Quod quia ita placet in omnibus desiderio tuo satisfaciã.
Quoniam ita mens tua est, voto tuo sum cumulatissimè respondurus.

Hee beginneth to sleepe.
Cæpit dormire.
Inuasit eum sopor.
Oculis eius irrepsit somnus.
Obrepsit ei somnus.

Thou sleepest to much.
Nimis dormis.
Vltra Endimionem somno indulges.
Dormis somnum Endimionis.
Immodico somno te saginas.
Epimenidis somnum sequeris, quem aiunt, quadraginta

perpe-

ntuos annos somnum continuasse.

There are many learned men at *Bononia*.

Bononiæ complures sunt docti.

Nunc omni studiorum genere, Bononia floreſcit.

Hee is a man excellently learned.

Vir est non vulgariter eruditus.

Vir est literis perpulchrè instructus.

Homo est omnibus disciplinis exornatus.

Homo est insigni meliorum artium peritia, spectatus.

Homo est doctus ac perpolitus.

Inter eruditos, locum obtinet eminentissimum.

Est literarum fons abundantissimus.

Homo est, nullo doctrinæ genere, non perfectus.

Vir est neque à musis, neque à charitibus abhorrens.

Vir est in bonis disciplinis celebratus.

Vir est omni bonarum literarum, artiũq; genere eruditus.

Vir est præstanti literarum scientia conspicuus.

Opulentam habet doctrinæ suppellectilem.

Vir est in literis magnæ quidẽ celebritatis, atque authoritatis.

Vir est in Latinis literis apprimè excultus.

Est humanarum literarum longè peritissimus.

Vir est bonarum literarũ doctrina longè præstãtissimus.

Vir est miræ eruditionis.

Primam in literis celebritatem, sibi suo quodam iure, vindicauit.

Vir est exquisitissimæ Doctrinæ.

Vir est mea sententia nostro æuo, omniũ literatissimus.

Vir est ingenij excellentis acerrimiq; iudicij, & exquisitissimæ Doctrinæ.

Est eloquentia nulli secundus.

Pectus habet musis, gratijsq; omnibus natum.

Est linguæ dilitium.

Hee is learned in Greeke.

Est Græca facundia præditus.
Atticæ linguæ, angulos omnes penetrauit.
Est in literis Græcis callentissimus.
Est literarum Græcarum longe peritissimus.
Est Græcæ linguæ haud omnino imperitus.
Est Græcarum literarum peritia clarissimus,
Est singulari Græcæ literaturæ peritia admirandus.

Hee hath good knowledge, both in the Greeke and in Latine.

Vir est Græcè, & Latine doctus.
Græcum simul, & Latinum spirat eloquium.
Vtroque dicendi genere valet.
Vtramque linguam colit, & fouet.
Est vtriusque linguæ quasi cygnus.
Est vtroque dicendi genere, præstantissimus.
Est tam Græcis, quàm Latinis literis ornatissimus.

Hee is learned and good.

Est vir tum eruditus, tum probus.
Est vir doctus, pariter & probus.
Est vir tam doctus, quàm bonus.
Est vir non minus probus, quàm literatus.
Vir non est inferior literis, quàm moribus.
Vir est æque probus atque doctus.
Vir est non minori morũ probitate quã doctrina præditus
Vir est & doctus, & integer.
Vir est optimus idemque doctissimus.
Vir est non modò doctus, verùm etiam probus.
Vir est præter summam eruditionem, etiam optimus.
Vit est cuius eruditioni, respondet morum integritas.
Vir est pari vel doctrina, vel probitate præditus.
Vir est omnium & optimus, & doctissimus.
Vir est doctissimorũ optimus, & optimorum doctissimus

Hee is well learned in the Lawe.

Est legum ciuilium consultissimus.
Est peritissimus iuris.
Est legum peritia insignis.
Hic Iuris nodos, & legum ænigmata soluit.
Est vtriusque Iuris cognitione clarus.
Est vtriusque Iuris professor clarissimus.

I doubt nothing of this.

De hoc nihil dubito.
De hoc nihil addubito.
De hoc controuersiam non facio.
De hoc minimè hæsito.
De hoc nemo ambigit.
In hoc anceps animi est nullus.
Hoc mihi haud minus compertum est, quàm exploratū.

Two thinges do constrayne me to loue thee.

Duo sunt, quę me ad te amandum impellunt.
Duo sunt, quæ me commouent, vt te mihi charissimū habeam.
Duo me plurimum adhortantur, vt summo te amore cōplectar.
Duæ sunt causæ, quibus meritò adducor, vt te amore, & beneuolentia prosequar.

Hee is excellent in diuerse disciplines.

Excellit in varijs disciplinis.
Rhetorum floscułis abundat.
Dialecticorum argutias callet.
Phisices arcana peruestigauit.
Theologorum abdita perspexit, poëtarum omnium, omnes fabulas, mirè tenet.

Hee is vnthankfull.

Est beneficiorum immemor.
Officiorum facilè obliuiscitur,

Hee

Hee hath neede of fayth and ſpeedineſſe.

Fide,& celeritate opus eſt.
Fidem,& maturitatem res poſtulat.
Fidem,& celeritatem neceſſitas requirit.

There is great opinion and hope of thee.

Magna eſt de te hominum opino.
Summa in expectatione eſt nomen tuum.
Magna eſt de tuis virtutibus exiſtimatio.
Magna eſt rerum tuarum geſtarum memoria.

It was not as yet manyfeſt.

Non dum exploratum erat.
Non dum conſtabat.
Non dum apparebat.
Non dum erat planum.

It is manyfeſt.

Clarum eſt.
Non eſt dubium.
Exploratum eſt.
Omnibus palam eſt.
Omnibus conſtat.
Eſt in omnium oculis poſitum.

Amende thy ſelfe.

Corrige te.
Redi in viam,
Reſipiſce quæſo.
Teterrimos tuos mores,in candidos,commuta.

Hee is exerciſed in learning.

Eſt paleſtræ literariæ miles exercitatiſſimus.
Homo eſt in militia literaria exercitatiſſimus.
Homo eſt multæ ac propè infinitæ lectionis.
In muſarum ſtudio nulli eſt ſecundus.
Eſt in muſarum ſtudio accuratiſſimè exercitatus.
Veteranus eſt Palladis miles conſummatiſſimus.

In arenã Palladiam descendit, vnde victor tandem redij.
In literarum certamine nusquam hastam abiecit.
Certamine literarum acerrimus est.

Do as it please thee.

Fac vt voles.
Tuo arbitratu facito.
Vtcunque visum erit, facito.
Animo tuo gerito morem.
Pro animi tui sententia tractes rem.
Vt animo libitum erit, ita facias.
Vtcunque feret animus, ita facito.
Age tuo more.
Tuo more viuere te sino.

See that thy vertue be correspondent to the opinion of all men.

Fac, vt omnium opinioni tua virtus respondeat.
Effice, vt quam spem apud omnes concitasti, eam virtute tua demonstres.

See that you be constante and of good mynde.

Fac vt constanti animo persistas.
Fac, vt te virum præbeas.
Fac, vt in voluntate permaneas.
Fac, ne quisquam, te ab officio auferat.

Do as thou hast begon.

Vt cœpisti prosequere.
Sequere, vt cœpisti.
Perge, vt cœpisti.
Incumbe, vt orsus es, vel exorsus es.
Inuigila, vt instituisti.

Do that which is thy duety.

Fac, quod tuum est.
Fac, quod tua interest.
Fac, quod virtus tua expostulat.

Keepe company wyth the good Men and forsake the euill.

Neglecto improborum hominum commercio, fac te bonis adiungas. (dere.

Spreta proteruorum hominum societate, probos cõple-

Abiecta prauorum hominum consuetudine, fac te bonis literatis vnias.

So thou shalt do mee singuler pleasure.

Si feceris hoc, bene mecum agetur.

Hoc si à te factum erit, & me diuino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequêre.

Te etiam atque etiam rogo, vt hanc rem faciendam cures

Let vs make merry.

Lautissimè viuamus.

Epicureos agamus.

Viuamus nobis.

Baccho sacrificemus.

Bellos homunculos agamus.

Exporrecta fronte vescamur.

I haue done euery thinge to satisfie thy will.

Ego omnia curaui, vt desiderio satisfacerem tuo.

Omnia feci, vt vota tua obtineres.

Omnia quidem perlibenter suscepi, vt quod velles, consequi posses.

Curaui diligenter, vt omnia pro voto succedant.

In putting me in remembraunce of thy cause, thou doest as freendship requireth.

Quòd mihi causam tuam cõmemoras, facis quod nostrã decet amicitiam.

Quòd me mones, vt negotium curem, facis quod nostrę beneuolentiæ interest,

Agis quod nostra amicitia exposlulat, cùm à me petis vt rebus tuis faueam.

I am no deceyuer.

Fallax non sum.

Nullus apud me fucis locus est.

Non soleo apud amicos fingere quicquam.

Ego non aliud fronte simulo, & aliud premo pectore.

Hee is a famous Man.

Est famæ celebritate conspicuus.

Est famæ incorruptæ.

Est famæ celebritate etiam absentibus cognitus.

Vir est famæ celebratissimæ.

Vir est maximi nominis.

Hee would not do this.

Noluit hoc facere.

Acerrimè recusauit.

Se id facturum constanter negauit.

Thou shalt do the matter with more prudence.

Efficies rem sapientiùs.

Causam grauius tractabis.

Probabiliùs rem curabis.

This may be easly done.

Hoc facilè fiet.

Hoc factu perfacile est.

Hoc minimo negotio fieri potest:

Hoc nullo fermè negotio, fieri poterit.

Ad hoc opus nihil, aut parum est negotij.

Thou shouldest doe all thynges to winne prayse and glory.

Omnia sunt tibi toleranda, vt laudem & gloriam compares.

Nihil est, quod pro laude & gloria non libentissimè facere debeas.

Nihil est tam difficile quod pro honore facillimum non videatur.

As I ought, I will do thy commaundement.
Mandatum tuum curabo (vt debeo) diligenter.
Tuum negotium agam (vt teneor) studiosissimè.
Causam tuam (vt par est) omnibus viribus defendam.

I will do more than I speake.
Hac in re plura sum præstiturus, quàm polliceor.
In hac causa laborabo magis, quàm ostendam.
Hoc in negotio nullum laborem suo terfugiam.
Hac in re maiora sum acturus, quàm demonstrem.

I will not go from thy commaundement.
A præceptis tuis non discedam.
Tibi semper obsequentissimus ero.
Tibi semper obtemperabo.
Nullam tuam vnquàm admonitionem recusaturus sum.

I will do that which thou commaundest mee.
Ego faciam quod iubes.
Quod præcipis, diligenter curabo.
Mandatum tuum exequendum suscipiam.

I will do euery thinge for thee.
Omnia pro te agam sedulò.
Nihil prætermittam, quod ad te pertinere arbitrabor.
Nihil negligam, quod tibi conducere iudicabo.

I will do that which thou demaundest.
Faciam quod rogas.
Faciam quod petis.
Perficiam vt iubes.
Absoluam, quod desideras.
Efficiam vt postulas.

I will do as thou counsellest mee.
Vt admones perficiam.
Vt consulis peragam.
Vt consulis, absoluam.
Vt præcipis, agam.

Faciam, vt suades.

I will so worke that thou shalt bee of my minde.

Te facilè adducam vt meę subscribas sententiæ.

In meã sententiam non ægrè te deflectã.

Te in meam opinionem transferam.

I will do thy commaundement.

Faciam quod iussisti.

Festinabo tua iussa.

Properè tua exequar mandata.

Nihil tua iussa morabor.

Iussis confestim obsequar tuis.

I will supply thy roume.

Fungar tuo officio.

Tuas agam partes.

Tuam vicem defendam.

Non deero officio tuo.

Faciam tuum officium.

Thou shalt put away all care from thee.

Tædium hoc discuties.

Excludes fastidium.

Læuabis tædium risu & iucunditate.

Hee troubleth the Schollers.

Auditores tedio propè enecat.

Auditorum aures afficit tædio.

Thou troublest all men.

Tædio afficis omnes.

Omnium aures tædio enecant tua verba.

Omnes verborum tuorum finem cupiunt.

Omnes verbis tuis defatigantur.

I did thys being angry.

Iratus hoc feci.

Calore iracundiæ hoc egi.

Irarum ſtimula me ad tantum facinus impulerunt.
Subitaneo ardore iræ hoc crimen impudenter auſus ſum.

I haue done this by thy perſuaſion.

Te autore ſuſcepi hoc negotium.
Tuo impulſu hoc feci.

Te ſuaſore
Te impulſore } id egi.
Tuo ſuaſu

Tuo conſilio fretus
Abs te perſuaſus } id feci.

Id feci { te ſuadente.
te conſultore.
tuo perſuaſu.

Thou haſt done a thing worthy of our frendſhip.

Feciſti rem noſtra neceſſitudine dignam.
Rem præſtitiſti quæ ab amicitia noſtra non eſt aliena.
Effeciſti quod noſtram decet amicitiam.
Feciſti quod familiaritatis noſtræ plurimum intereſt.

This is not my vſe.

Hoc à meis moribus abhorret.
A meo more alienum eſt hæc facere.
Hoc facere minimè conſueui.
Hoc mecum non ſatis conuenit.

Hee hath done it aduiſedly.

Fecit ex induſtria.
Prudens fecit.
Data opera fecit.
Studioſè
Conſulto } fecit.
Dedita opera

Fortune will fauour thee.

Fortuna fauebit tibi.

non dubito, quin fortuna sit aliquando benigniùs, etiã tuis præclaris virtutibus respõsura.

Fortunam obsequiosam habebis.

Thou wast wont to fauour mee.

Solitus es rebus meis fauere.

In me fuisti supra meritum indulgentior.

Mirum est, quàm impensè mihi fauebas.

Fauorem tuum desideraui nunquam, quin mihi præstò semper fuisti.

I pray thee shewe me fauour, or I pray thee deny me not thy helpe.

Fauorem mihi ne deneges tuum.

Expecto, vt cœptis faueas nostris.

Tuum studium mihi dicare velis.

Adnitere quæso mihi egerrimè laborãti suppetias ferre.

Nostræ partes poterunt tua opera iuuari.

Fauorem ac tuum studium amplector quo mihi nũc opus est aduersum quosdam odiosè cõiuratos in bonas literas, quorum magna est improbitas.

Hee is a faythfull man.

Vir est fidei inconcussæ.

Vir est fidei probatissimæ.

Est ex Iouis tabulis testis.

Omnibus paratissima est suæ fidei integritas.

Laudanda est eius in omnes probatissima fides.

Thou hast alwayes bene faythfull and secrete.

Semper intellexi in te esse fidem ac taciturnitatem.

Nunquam non fuisti fidelis.

Integritatem fidei taciturnitati semper adiunxisti.

Fuisti semper fidelis, & taciturnus.

Thou art happy.

Omnia tibi ex animi decreto, tanquam Ioue nato, succedunt.

Tu es omnium homo fœliciſſimus.
In gremio Iouis es.
Omnia tibi ex voto cadunt.

Hee is ſore hurte.

Graue vulnus accepit.
Eſt lethaliter vulneratus.
Lethali vulnere eſt penè affectus.
Multis fuit vulneribus obrutus.
Multa illi facta ſunt vulnera.
Eſt plagifer totus.

That hath happened at the laſt, whych I haue long deſired.

Illud mihi tãdẽ euenit, quod ſemper maximè deſideraui
Quod diu exoptaui, id mihi demum fortuna detulit.
Illud tandem mihi oblatum eſt, quod ſemper appetiui.

Make an ende of my buſineſſe.

Negotium meum confice.
Cauſam meam ad finem perducas velim.

Hee hath made an ende.

Perfecit.
Abſoluit.
Finem impoſuit.
Ad vmbilicum duxit.
Colophonem addidit.
Supremam manum adiunxit.
Extremum actum addidit.
Ad metam vſque perduxit.
Summum faſtigium impoſuit.
Finem dicendi fecit.

Hee is both nimble and ſtronge.

Vir eſt corporis viribus, & animi magnitudine pariter inſignis.
Vir eſt præter cæteros magnanimus.

Vir est omni animi magnitudine & constantia præstantissimus.
Vir est egregia animi charitate compositus.
Est vnicum fortitudinis specimen.
Est magnanimitatis norma.
Est viribus pollens, & animi magnitudine clarus.
Est vtraque fortitudine præstans.
Est homo animi non ignaui, sed excellentis. (ditus.
Est vir supra humanum modum magnitudine animi præ-
Huius viri fortia facta per vniuersum orbem iam clara celebrantur.
Est vir fortis, & præpotentis animi.
Est ipso *Milone* fortior.

I will endeuour by all meanes.

Conabor, adnitar, totis adniter neruis,
Id totis viribus agam.
Totis viribus ad hoc inuigilabo.
Velis & remis eò contendam.
Nihil intentatum relinquam.

Hee hath escaped great perill.

Euasit multas pœnas.
Vitam suam multis pœnis eripuit.
Vita sua fuit multis pœnis erepta.
Innumeris periculis pœnarum suam subduxit vitam.

The onely remedy or ease, is the study of learning.

Vnum est quieti profugium, literarum studium.
Vnus est ad salutem portus, bonarum artium disciplina.
Vnum est tranquilitatis remedium, bonarum scientiarũ celebritas.

Those that are enuious neuer cease to speake euill of vs.

Homines inuidiæ nunquam cessant nostram existimationem labefacere.

Homi-

Homines maleuolentia ſuffuſi nobis aſſiduè detrahere ſtudent.
Homines maledici ſuis nos obtrectationibus coinquinare non deſinunt.

Let vs nowe play.

Da muſis ſua ludicra.
Miſce otia noſtris ſtudijs.
Da remiſſionem literis.
Impartite relaxamentum literis.
Da facultatem ludendi.
Alternā requiem ſtudijs noſtris impartire.

This ſhalbe a great helpe vnto thee.

Non modicam ex hoc demetes frugem.
Hoc præcipuam adferet vtilitatem.
Hoc feciſſe magnoperè iuuabit.
Hoc multum adiumenti adferet.
Multas ad res hoc conducet.
Hoc non parum adferet momenti.
Non erit hoc infrugiferum.
Plurimum tibi hoc conferet.
Vtilitatem immenſam ex hac re accipies.
Hoc tibi quamplurimum proderit.
Hoc non parum vtilitatis eſt tibi allaturū
Hoc tibi multo erit adiumento.
Hoc tibi non mediocriter conducet.
Commodum erit hoc, & ſalutare.
Hoc commoditatis plurimum adferet.
Hoc erit ex vſu tuo, è re tua.
Ex hoc ampliſſimū fructū es cōſecuturus.
Ex hoc vtilitatem incredibilem capies.

Thou doeſt helpe many, or thou maiſt thincke thy ſelfe happely borne, ſeing thou art ſo gieuen to vertue.

Prodes multis.

Tu rectè natum te arbitraris omnium vtilitati, laudi, virtuti, non somno, non conuiuijs.

Tibi ratio omnis est cum virtute, non cum desidia, cum dignitate, non cum voluptate.

Hee is a yong man of good behauiour.

Adolescens est bonæ indolis.

In puero hoc mirifica indoles virtutis apparet, & ingenij lumen lucescit.

Nihil in hoc adolescente ineptum, nihil improbum, nihil immodestum, non proteruior lingua, non inconstans vultus, non aliquid postremò vel in facie, vel in gestu, vel in statu, vel incessu est, quod offendat.

Thy true dealing with others causeth me to haue such confidence in thee. (rem.

Iustitia, qua apud omnes vteris facit, vt de te optimè spe-

Iustitia, qua omnes complecteris, maximam mihi tuæ probitatis spem impendit.

Æquitas qua omnes prosequeris, te mihi gratissimũ præstat.

Veritas, quam semper excoluisti, mihi suadet, vt integerrimam tibi fidem exhibeam.

Hee is now able to gouerne himselfe.

Potest iam seipsum regere.

Suæ vitæ modum iam habere potest.

Prudentior est quàm qui pædagogo indigeat.

Thou doest mee great pleasure.

Rem mihi gratam facis.

Quod res meas tam officiosè curas, amo te, & gratiã habeo plurimam.

Rem feceris mihi vehementer gratam.

Rem feceris erga me non parùm officiosam.

Istud mihi inter plurima tua in me beneficia non ingratissimum fuit.

A doe

I do meane to gratifie thee, or I wil help thee by all meanes I can

Adiuuabo te pro virili.

Si qua re possim tibi gratificari, omnia polliceor.

Te omni genere officiorum prosequar, quatũ par fuerit

Si quid erit negotij, in quo seruuli infimi opera non graueris vti, mandes ac præcipias.

Nullus est in orbe amicus, cui magis ex animo cupiã gratificari, quàm tibi.

Si quid erit, in quo tibi queam gratificari, sẽties hominẽ ad obsequendum promptissimum.

Si quid erit, in quo queam tibi gratificari, facito periculũ an ex animo te diligam.

Si quid me opus erit in tu negotio, ipse aduolabo.

Est apud me, quod putem tibi gratum fore.

Thou art in authority with the Prince.

Gratus es principi.

Vir es insigni vtriusque literaturæ peritia preditus, ob idque apud Principem gratiosissimus.

Vir es summæ authoritatis apud Principem.

I am constrained to cry.

Coactus sum clamare.

Repentè magnis clamoribus intolerabilem cruciatũ tẽstari sum coactus.

Keepe well my money.

Meæ pecuniæ custodiam fideliter geras.

Argentum meum mihi integrum reddendum cures.

He did behold me with a louring countenaunce.

Me truci vultu intuebatur.

Me obliquo lumine, transuersis oculis aspexit.

Inspexit me torue.

Cum truculentia oculorum me aspexit.

The warre doth waxe cruell.

Bellum

Bellum ſæuit.
Difficillima ſunt belli tempora.
Sæuit toto Mars impius orbe.
Afflictamur difficultate bellorum.
Hee hath a good witte, or hee is of a good towardneſſe.
Eſt acrimonia ingenij præditus.
Eſt egregio ingenio præſtans.
Habet ingenium fœlix.
Eſt fœlici fœcundoque natus ingenio.
Nihil hoc adoleſcente ingenioſius.
Nihil ſuo ingenio præſtantius.
Adoleſcens eſt non vulgari ingenij dexteritate cõſpicuus
Ingenij eſt excellentiſſimi.
Innata eſt illi claritudo ingenij.
Solertia ingenij plurimum valet.
Eſt ingenij dotibus cumulatiſſimus.
Eſt optimo natus ingenio.
Eſt facillimo ingenio natus.
Ingenij gloria cæteris omnibus antecellit.
Deum immortalem quàm fœlix, quàm iucũdum quàm promptum hominis ingenium.
Eſt bonæ atquæ inculpatæ indolis.
Eſt Egregia indole inſignitus.
Eſt ſpectatiſſima indole clarus.
Facit ſua indoles, vt de eo egregiam ſpem concipiamus.
Magnam de eo expectationẽ ſua indoles nobis promittit.
Eſt iuuenis ex ſua indole natus ad ſummam eruditionẽ.
Indolem habet *Muſis* gratiſque natam.
Nihil adhuc vidi ſua indole generoſius, amabilius, fœlicius.
Nihil ſua indole præſtantius, clarius inſignius.

Hee

Hee hateth learning.

Odit literas.

Detestatur literas.

Nauseat ad virtutem.

Thou medlest with one that can do mutch.

Non habes negotium cum imbecilli.

Experieris tibi cum homine nequaquam edentulo rem esse.

I had mutch a doe to get this.

Vix hoc habui.

Ægrè hanc rem obtinui.

Hanc rem haud facilè consecutus sum.

Vix dici queat, quàm molestè obtinuerim.

Difficulter hac re sum potitus.

We haue bene very diligent, or carefull in thy matter.

Summam pro rebus tuis curam adhibuimus.

Nihil pro tua causa à nobis prætermissum est.

Maxima est à nobis pro re tua adhibita diligentia.

Omnia pro causa tua officia præstitimus, quæ ab officiosissimo præstari potuissent.

Now I haue good leasure to go about thy busines.

Nunc rei tuæ peragendæ facultatem nactus sum.

Est nunc mihi pertractãdæ rei tuæ opportunitas attribu-

Nunc perficiendæ rei tuæ facultatem habeo. (ta.

I haue prouideb that, which I promised thee.

Quod tibi pollicitus sum, diligenter paraui.

Quod tibi promisi, studiosè curaui.

Quod pro te facere instituì, sedulò, diligẽterque curaui

I haue alwayes had a good opinion of thy Sonne.

Ego de filij tui sapientia graue iudicium semper feci.

Maxi-

Maximam mihi ſemper exiſtimationem concepi de prę claris filij tui virtutibus.

Eximiæ filij tui virtutes fecerunt, vt de eo bene ſẽtiam.

I am very ſorry that thou art ſicke.

Valetudo tua me plurimum ſollicitat.

Excruciat me nimium aduerſa valetudo tua.

Quòd malè te habeas, mirum in modum doleo.

Ægritudo tua me valdè angit, pertubat, vexat, premit.

He liueth an honeſt and perfect life.

Vitam agit perhoneſtam.

Cum ſumma integritate & elegantia morum vitã agit.

Integram & elegantem vitam degit.

Integrè ac ſinceriter viuit.

Honeſtè viuit.

Hee is a man not onely moſt pure, and vnſpotted of ſelfe, but alſo excellently learned, and well cõdicioned.

Vir eſt prẽter ſummàm vitæ integritatẽ, doctrina quoq; varia reconditaque, tum animo minimè ſordido, & ob has dotes in ſummo precio habitus.

Homo integerrimæ vitæ.

Mea ſic eſt de tua integritate cõfirmata opinio, vt de me ipſo ſim plus, quàm de te dubitaturus.

Is vir eſt vnus cum quo ſit nemo hac tempeſtate conferẽdus, vel integritate virę, vel eruditione, vel animi magnitudine.

Vir eſt, non literis ſolùm, ac morum integritate verùmetiam rara prudentia, miroque rerum vſu inſignis.

There are many cauſes why our loue ſhould cõtinue ſtyll.

Complures ſunt mihi cauſæ, vt noſter conſeruetur amor.

In conſeruanda beneuolentia noſtra complures cauſæ intercedunt.

In no-

In noſtra familiaritate amplexanda permultæ ſunt conditiones.

I haue many troubles and cares.

Diſcruciant animum curæ.

Hæc res tunumeris curis animũ meũ vehementer angit.

Me mea cura coquit, verſatque in pectore fixa.

Multis curis ſum implicit⁹, diſtrict⁹, impeditus, oppreſſus

Diuerſus negotijs diſtringor.

Varijs diſtrahor curis.

Tot me impediunt curæ, quæ animum meum diuerſè trahunt.

I thought it good to let thee vnderſtande what hath happened heere with vs.

Quæ apud nos exorta ſunt, volui tibi nota eſſe.

Quæ nuper contigerunt, exiſtimaui te ſcire oportere.

Quæ apud nos geſta ſunt, tibi eſſe aperienda putaui.

Quæ hîc ſunt conſtituta, duxi tibi declaranda eſſe.

I haue had a good proofe of thy loue towardes mee

Tuum erga me amorem expertus ſum.

Tuam erga me beneuolentiam cognitam, & exploratam habeo.

I haue proued many wayes.

Multa expertus ſum.

Plurimarum rerùm experimentum tenui.

Multarum rerum vſum habui,

Now ſhalt thou know what I haue done.

Nunc, quid egerim, facilè cognoſces.

Nũc, quid à me actũ ſit, apertiſſimè intelliges.

Hee is humble, ſober, and meeke.

Nihil eſt eo modeſtius.

Modeſtiæ ſpecimen ſe præber.

Seſe omnibus æqualem facit.

Nihil

Nihil in vita vidi hoc homine modestius, suauius, benignius.

Animum habet nulla in alios malevolentia suffusum sed admiranda modestia suffulrum.

Hic homo summæ eruditioni summam modestiam adiunxit.

Hee is most vnlearned and ignorant.

Est literarum nescius, ignarus, expers, inscius.

Est bonarum artium rudis.

Nihil in eo est eruditionis.

Est bonarum disciplinarum imperitus.

Nihil bonarum disciplinarum attigit.

Nihil scientiæ habet.

Est eloquentiæ penitùs expers.

Neque natare nouit, neque literas.

Est eloquij Latini inops.

Est rudis literarum.

Nondum vltra primas literas est progressus.

Nullius bonæ literaturæ est particeps.

Est abcedarius, aut sanè elementarius.

Est à Musis atque Gratijs multùm alienus.

Ne Æsopum quidem triuit.

Hic ne *Musas* nouit quidem, nec nomen audiuit.

Ne tantillum quidem habet cum Pallade commercij.

Est planè impolitus, & literarum vestibulum vix dum ingressus.

Est melioribus literis leuiter imbutus.

Est ingenio tenui, & perquàm exigua doctrina præditus.

Hee wanteth both learning and ciuility.

Homo est indoctus, & nihili.

Est educatus in Scythicis agris.

Pater sibi Scythia est.

Nihil à Vandalis differt.
Non est alienus à Getis.
Est rus merum.
Homunculus ex Caria est.
Est Arcadicum pecus.
Est ridiculum caput.
Est sus Bœotica, proiecta & vilior alga.
Sua est Caria Musa,
Rusticano est ingenio.
Artem culinariã, nõ grammaticã, imbibit
Literas vidit sublùm per transennam.
Literas gustauit tanquam canis è Nilo.
Est nouitius miles Palladis.
Rudis est Apollinis tyro.
Cimmerijs tenebris implicitus est.
Obstrepit, veluti anser inter holores.
Asinus est ad lyram.
I doe confesse that I am vnlearned.
Indoctus sum, fateor.
Multum absum ab eo, vt in re literaria me ritò laudari possem.
Nihil grande est in me.
Ex tenebris inscitiæ pedem non moui.
Eorum, quæ sunt in literis præcipua, nihil compertum habeo.
Veras disciplinas per transennam vidi.
Thou art most ignorant, & vnlearned.
Tibi sermo repugnat.
Homo es tenuissimæ fortunæ, neq; admodum literaturæ.
Infœlici natus es Musarũ partu, & adulterino.
Es Musarum procùl à limine.
Homo es infimiæ classis.

In pernicioso Latinæ linguæ naufragio enatas.
Noctuinos oculos, & in sole caligantes habes.
Es Latinæ linguæ sobrius imitator.
Nullam habes phrasim, & linguam loquendi.

Now those that are ignoraunt doe keepe silence.

Rabulis omnibus impositum est silentium,
Rabulis omnibus silentium est iudictum.
Indocti pudore obticescunt.
Nunc iacent rabulæ.

The rude and ignoraunt resist against the learned.

Indocti doctis reluctantur.
Barbari sæuiunt adhuc, & liberè quoque grassantur, sed nihil aliud quàm suam traducunt stultitiam.
Indocti se non putant incolumes fore nisi oppressis bonis literis.

Which if thou marke well, thou shalt finde so.

Quod si animaduertis, ratum esse conspicies.
Quod si animo volueris, ita vt affero, verum comperies.
Quod si ponderaueris, ita constare videbis.

Thy iust dealing in thy office, causeth me to thincke thee a iust and an vpright man.

Laudabilis tui officij gubernatio facit, vt virum te iustũ existimem.
Honorificum tui magistratus regimen efficit, vt te virum rectum putem.
Optima tui officij administratio præstat, hominem te purum & æquum iudicem.

Our olde and auncient loue deserueth this mutch.

Hoc, vt præstem, vetustissimus noster amor expostulat.
Hoc, vt curem prisca beneuolẽtia nostra videtur exigere
Hoc, vt faciam, antiqua necessitudo nostra requirit.

The rest thou shalt vnderstande by the bearer heereof.

Cætera

Cætera à tabellario cognoſces.
Cætera tecum agit tabellarius.
Si qua ſuperſunt, ex tabellario intelliges.
Cætera tibi nuntius ſignificabit.

Your graue counſell leadeth mee to your opinion.

Tui conſilij gravitas in tuam me ſententiam adducit.
Tuæ deliberationis conſultatio in eandem me voluntatẽ inducit.
Graue tuæ ſapientiæ cõſilium facit, vt in deliberando tibi obtemperem.

Thy counſell paſſeth all others.

Tuum conſilium cæteris omnibus præponendum eſt.
Animi tui deliberatio eſt præferenda.
Nullius eſt conſilium, quod tuo ſit præſtantius.

This is thy charge, or concerneth thy profite.

Tua intereſt.
Tuum eſt onus.
Res tua agitur.
Tuum eſt negotium.

Thou makeſt thinges of no value fayre, and good to ſee to.

Ornas quæ vilia ſunt.
Obſcuris rebus das ſplendorem.
Trita omnia per te noua, ſplendidaque redduntur.

Hee is a great drunkarde.

Eſt bibax, biboſus, bibulus, temulentus.
Vino ſe obruit.
Vini eſt intemperantiſſimus.
Mero incaleſcit.
Eſt ampulla bibacior.
Eſt temulentiæ nota infamis.
Natus eſt ad vina perdenda.

Hee doth learne by hearte.

Memoria complectitur.
Mandat memorię.
Dicta percipit,& animo mentiq; penitus mandat.
Dicta mente consequitur,infigitque animo.
I will not hinder the
Non te impediam.
Non te obturbabo.
Nihil obsistam tibi.
Tibi non ero impedimento.
Non obstrepam tuis conatibus.
Te oblectabor.
Non te remorabor.
Hee being in loue with thy vertue, doth
couet to pleasure thee.
Tuis accensus virtutibus tibi seruire desiderat.
Cæsar tuis cõcitatus virtutibus tibi soli obtemperare de-
Hee is in loue. (siderat.
Amore captus est.
Amore nimio tabescit.
Multo amoris contagio corruptus est.
Eum Venus cruciante quadam libidine titillauit:
Thy words onely persuade mee to study.
Tua verba me inuitarunt ad studia.
Dedisti mihi ad literas non vulgare incitamentum.
Tu mei studij faces incendisti.
I do prophecie,that it shalbe so.
Euenire illud scio.
Hoc penè oculis video.
Præsagio hoc futurum.
Scio,vaticinorque,ac penè oculis video hoc eventurum.
Auguror hoc propediem fore.
Hee hath put mee out of fauour.
Mé traxit in inuidiam.

In contemptionem me adduxit.
Vocauit me in comtemptum.
Mihi inuidiam istam fecit
Mihi odium hominis concitauit.

Hee is a man of great infamy.

Est varijs notis affectus.
Est graui infamia affectus.
Multum infamiæ collegit.
Multum contraxit ignominiæ.
Tetram infamiæ notam contraxit.
Est turpi infamiæ macula notatus.
Prolapsus est in dedecus.
Contraxit notam infamiæ.
Homo est infamis.

Thou art vnhappy.

Vir es extremè infœlix.
Ægestate extrema laboras.
In ærumna vitam trahis.
Miseriæ omnis es socius.
Infœlicitatis omnis es particeps.
Ita fortunæ ictibus expositus, vt miserimus sis
Nihil est quod fortunę possis acceptũ referre.

Thou thinkest to deceiue mee.

Ab ipsa veritate me credis depellere.
Mihi fucum facere niteris.
Verborum præstigijs vis in me vti.
Mihi verba dare tentas.
Decipere me putas.

Hee hath deceyued vs.

Nos decepit.
Imposuit nobis.
Nobis verba dedit.
Nobis fucum fecit.

Fecit impoſturam.
Nos fefellit, circumuenit, circumſcripſit, circumduxit.
Nos deluſit, eluſit.
Nos in fraudem illexit.
Artè nos tractauit.
Dolo, fraude, technis, præſtigijs, aſtutia nobiſcum egit.

Hee hath gotten a great name by his excellent wit.

Mirifica ſui ingenij præſtantia ſummâ apud omnes laudem comparauit.
Præclara ſuæ virtutis inſtitutio incredibilem nominis eſtimationem apud omnes concitauit.
Sui ingenij præſtantia maximam apud omnes gloriam adeptus eſt.

Hee hath done mee iniury with his wordes.

Iniurius me afficit.
Maledictis in me debacchatur.
Conuitijs turpibus me laceſſit.
Impiè de me loquitur.
Mordicùs me inſectatur.
Aculeatis me verbis inſequitur.
Me Theonino dente corrodit.
Satyricè me inceſſit.
Me hoſtiliter obtrectat.
Sæuit in me conuitijs.
Nulla non ſum ab eo laceſſitus iniuria.
Ab hoc homine mihi multa impendet inuidiæ tempeſtas
Hic in hoc ipſo maximè gloriatur, ſi doctiſſimo cuique maledixerit:
In vnum quemque dementia blaterat.
Infeſto & acri animo inſectatur.
Inuidiæ incendio conflagrat.

Thou art moſt vnthankfull.

Tuam

Tuam nulli tolerandam ingratitudinem quis nō exprobraret.

Cupiebam tuam ingratitudinem silentio dissimulare, sed meam modestiam vicit tua improbitas.

Tu omnium ingratissime, pro summis officijs quantum potes maleficiorum r ponis.

Dic mihi, omnium quos Sol videt ingratissime, quis tuos mores vel vnum diem pati posset?

Tu hominem abundè de te meritum non solùm non amas, sed odio graui prosequeris.

Quid te vno ingratius, vt qui putida tua lingua eum insectarius, cuius tu linguam officiosissimam es expertus.

I do not doubt but thou wilt do this thing wilter thē I counselled thee.

Neque vereor, quin tu sapientiùs agas, quàm ego te admoneam.

Non dubito quin tu prudentiùs efficias, quàm ego tibi literis committam.

Non est dubium, quin tu grauiùs rem tractes, quàm ego tibi literis declarem.

I neuer doubted of thy loue towards mee.

Nulla apud me vnquā fuit dubitatio tui erga me amoris.

Quanto me amore atque benevolentia prosequere, nullo vnquam tempere veritus sum.

Nunquam mihi animus dubius fuit, quin abs te plurimū diligerer.

Giue eare diligently.

Intelige.

Fetiatis aurium sedibus intellige

Non graueris dicenti aures præbere.

Pone supercilium.

Explica frontem.

I do vnderstand, that thou makest accompt of mee.

Intelligo me à te plurimum fieri.
Quanti me facias facilè perſpicio.
Mihi exploratum eſt, me abs te plurimùm amari.
Thou enuieſt mee.
Mihi inuides.
Me degrauas inuidia.
Me immerentem lethali linguæ veneno ſine fine confo-(dis.
I feare no enuyours.
Inuidos non timeo.
Linguæ ſauciantis ſuſurros improbos negligo.
Facilè contemno ſemperq; contépſi ineptias maleuolo-(rũ.
Linguam nil timeo Timonianam.
I feare thou not ſutch as do enuy.
Ab omni inuidiæ metu procul abſis.
Ne timeas inuidiem.
Many do enuy thee.
Inuidos habes.
Multi tuæ fœlicitati inuident.
Sibilant nonnulli in te Zoili.
Laudes, quas tibi quorundam ſtudium & candor tribuit, non leui te onerant inuidia.
Pro tuo officio ſummam inuidiam vndique contraxiſti.
Nunquam ceſſant ſycophantæ tui, vt noceant tibi.
I pray GOD deſtroy all enuiours.
Pereant inuidi.
Vtinam magnus ille Iupiter vniuerſum inuidorũ genus fulmine adigat in tartara.
Hee is very angry.
Perquàm iratus eſt.
In me planè ſuccenſet, excandeſcit, iraſcitur, ſtomacha-(tur.
Eſt mihi vehementer infenſus.
Vehementem in me iram collegit & contraxit.
Iram ſuam in me conuertit.

I am

I am alwayes mindful of the matter.
Res tuæ semper est mihi curæ.
Negotium tuum vsquequaque mihi animo recidet.
Causa tua est semper mihi memoriæ affixa.

Our loue doth daily encrease.
Amor noster confirmatur indies vehementer. (cipit
Nostræ beneuolētiæ cōiunctio maiores indies vires sus
Nostra quidem amicitia quotidie magis augescit.
Nostræ vnionis colligatio mai⁹ indies recipit incremētū

Our frendshyp requireth that all thinges betwene vs be common. (munia.
Hoc nostræ mereretur amicitia, vt omnia inter nos sint cō
Hoc nostræ beneuolētiæ coniunctio expostulat vt rebus nostris vterque communiter vtatur.

Thy frendshyp is most acceptable vnto mee.
Nihil est tua mihi familiaritate iucundius.
Nihil est tua mihi necessitudine acceptius.
Nihill est tua mihi amicitia gratus.
Nihil est tua mihi virtute charius.

The matter hath gone forward as I did desyre.
Res successit ex animi mei sententia
Fortuna votis meis fauit
Plus impetraui quam fuissem ausus petere aut optare.
Res omnis cecidit vt volebam.
Cecidit negotium ex sententia.
Nostra res bene & prospere cessit.
Res gesta est vti volebam.
In omnibus rebus meis optatis respondit fortuna.

The matter goeth wel forwarde.
Res bene se habet.
Bene se habent negotia.
Optimo in statu res est.
Meliore in statu res esse non potest.

This matter hath so gone forwarde.
Res sic se habuit.
Res ita gesta est.
Res ita peracta est.

The matter is brought to such passe, & if God helpe vs not, wee are vndone.
Res in eum locum deducta est, vt nisi Deus nobis subueniat maximis afficiemur incommodis.
In eum statum negotium peruenit vt, nisi Deus nobis opem præstiterit, actum sit de salute nostra.
In eam cõditionem res deuenit, vt, nisi Deus nos benignè respiciat, maximas simus calamitates perpessuri.

I do know thy diligence in thy sundry letters.
Crebræ tuæ ad me literę tuã mihi diligẽtiã demonstrãt.
Tuarum ad me literarum frequentia tuam meis in rebus diligentiam designat.
Tuæ literæ, quæ ad me crebrò deferuntur, magnam tuæ vigilantiæ argumentum declarant.

The diligence of the master profiteth much the Schollers.
Præceptoris solertia maximum discipulis fructũ affert.
Vigilans moderatoris cura sũmo discipulis est adiumẽto.
Ludi magistri studũ maximum auditoribus cõfert emolumentum.
Diligens preceptoris cura incredibilem discipulis vtilitatem parit.
Accurata moderatoris prudentia non paruum discipulis fructum comparat.

I do the more accept thy diligence, because it commeth of free will and not forced.
Tua diligentia eò mihi iucundior est, qua voluntariam intelligo.

Tuum ſtudium eò mihi gratius eſt, quod ſponteneum video.

Tua ſolicitudo & cura tanto mihi acceptior eſt, quod tua ſponte factam animaduerto.

The iniury is little, but the anger is great.

Offenſio parua eſt, ſed animi indignatio maxima.

Iniuria perexigua eſt, ſed ſtomachi perturbatio acerrima.

Iactura tenuis eſt, ſed animi excandeſcentia ſumma.

Fortune hath brought mee to this mishap.

In eum me caſum fortuna impulit.

In hoc infortunium me ſors induxit.

The liberality which was alwayes ready to helpe mee, hath made mee much bounde vnto thee.

Tua gratia, quæ mihi nunquam defuit, me tibi obnoxiũ reddidit.

Tua munificentia, quam mihi ſemper paratiſſimam inueni, me tibi deditum præſtitit.

Tua liberalitas, quæ meis in rebus me nunquam deſeruit me tibi totum deuinctum effecit.

The highnes of thy vertues cauſeth mee to honor thee.

Magnitudo virtutum, quibus te præditum eſſe video, impellit me, vt ſummo te honore proſequar.

Amplitudo virtutũ, quibus te exornatum perſpicio, adducit me, vt te plurimum obſeruem.

The liberty of good men is oppreſſed by the euill ſorte.

Improbitate malorum oppreſſa eſt bonorum libertas.

Perfidorum nequitia bonorum ſtatus eſt turpiter infect⁹

Proteruorum facinore extincta eſt proborum libertas.

In quorum ſcelere perturbatus eſt proborum bene viuendi curſus.

The

The remembraunce of our auncient frendshyp is moste deare vnto the

Priscæ nostræ necessitudinis cõmemoratio maximum mihi gaudium adfert.
Nostræ vetustę familiaritatis memoria mihi gratissima est.
Ex antiquæ nostræ beneuolentiæ cõmemoratione maximam voluptatem capio.

All men reioyce at thy comming.

Tua ad nos profectio omnibus voluptatem impendet.
Summo studio ab omnibus expectaris.
Tuus ad nos profectus omnibus erit pergratus.

Thy patience declareth what courage thou art of.

Tollerantia tua satis clarè ostendit, quam forti animo sis
Patientia tua aperte declarat, te virilem animũ habere.
Quũ strenuo & constanti animo existas, maxima tua tollerantia demonstrat

Euery man doth prayse this.

Probant hoc omnes.
Non sententijs omniũ modo, sed & studijs hoc cõprobatur.
Omnium calculis hoc probatum est.
Vno ore hoc probant omnes.
Hoc reprobat nemo.
Publico omnium suffragio hoc probatur.

All men do both prayse and loue thee.

Laudant te omnes, & amant
Omnes magis atque magis exosculãtur egregiũ ac prorsus heroicum animum tuum.
Candorem illum tuum libenter, vt debẽt, omplectuntur omnes, venerantur, exosculantur.
Te ob excellentem doctrinam omnes maximi faciunt. amant, honorant, obseruant.
Habes virtutum tuarum prędones, non parum multos.

Euery

Euery man prayseth thy opinion.

Omnes probant tuam sententiam.

Omnes subscribunt tuæ sententię.

Tuæ sententiæ suffragantur omnes.

Tuæ sententiæ refragantur nulli.

I am not able to prayse thee as thou deseruest.

Dignis te efferre laudib⁹ omnis mei ingenij vis nó posset.

Maiori tubæ debentur tuæ laudes.

Tuæ laudes sunt plectro meliore canendæ.

Æternum tuę laudis prędconium merito honore non valeo prosequi.

Non efficere possem præconio meo, vt claritati tuę maius quippiam splendoris addatur.

Tanta est tua gloria, vt nullius laude crescat, nullius vituperatione minuatur.

Vtinã par esset ingeniũ laudibus tuis, vt cupiditati meæ satisfacerem.

Thy vertue shall continue for euer.

Durabit ad posteritatem tua virtus.

Tuę virtutes in stupore posteros deducẽt

Viues ipse, & per hominum ora volitabis.

Tu vnus omnium laudes exhauries.

Nemini dubiũ est, quin tibi laudes ab omni præstanti viro, multi honores iampridem, dignitatesq; debeantur.

I will prayse thee.

Laudes in te multas ore vno congeram.

Profiteor me identidem esse præconem & buccinatorem tuæ singularis eruditionis.

Ero acerrimus tuarum laudum propugnator.

Homericam tuam Musam miris in cœlum laudibus extollam.

Tacere tuas laudes non possum.

Implebo populum laudibus, ac meritis tuis.

Meum

Meum ſtudium erit, tuas laudes encomijs celebrare.
Tuas virtutes vbique locorum circumferam.
Ego te ſemper mea quamlibet exigua prædicatione celebrabo.
Tuam admirabilem doctrinam nunquam non extollam, & pro quodam numine adorandam iubeo.
Te dicam nō hominem eſſe terrenum, ſed igneum de cœlo ſumptum.
I will prayſe thee as thou haſt prayſed mee.
Te ſic inuicē efferā laudibus, vt par pari relatū cognoſcas
Viciſſitudinariam tibi laudationem rependam.
Thee is worthy of all prayſe.
Eſt nullo laudum genere non afficiendus.
Dignis eſt celebrandis encomijs.
Eſt publico præcone dignus.
Dignus eſt, quē omni laudū genere proſequatur omnes.
Dignus eſt, cui effuſiſſimè tribuantur laudes.
Dignus eſt, cuius encomia decantent omnes.
Publicis encomijs prædicandæ ſunt ſuæ virtutes.
Dignus eſt, qui eximia laude ornetur.
Ampliſſimis laudibus eſt honeſtandus.
Eum certatim laudant omnes.
Omnes de eo honorificè loquuntur.
In eum laus omnis congeritur.
Eo vno laus omnis inferior eſt.
Thee ſhalbe hereafter greatly prayſed.
Suis monimentis immortalitatē apud poſteros ſibi parauit.
Exſtruxit monimentum ære perennius.
Reliquit, quo ſe vixiſſe teſtetur.
Reliquit perpetuum ſuæ gloriæ monimentum.
Suis præclaris operibus poſteritatem ſibi deuinxit.
Immortalitatem nominis ſibi conciliauit.
Nomen æternum ſibi peperit.

Memo-

Memoriam sui nominis è situ & puluere vindicauit.

Thou prayest mee more then I do deserue.

Landas me nimis, & plus quàm merui.

Nimias laudes in me aceruatim effundis, sed quas nihil promeritus sum.

Ex laudibus, quas in me glomeratim exaggeras, nihil omnino agnosco.

Nimis magnificè de me meoque ingenio sentis.

Efficacissimas mihi tribuis laudes.

Quas in me cõgeris laudes, ab humanitate magis, quàm à iudicio profectas esse scio.

Tocam illam laudationem, quam in me spargis, sic quidẽ accipio, vt illam non meis meritis, sed tuæ humanitati assignem.

Ex tuis iorme laudibus irrideri me putarem, nisi persuasissimum haberem, te nimio amore falli, quem solere ait Plato, in iudicijs cæcutire.

The vertue of Cæsar is noted of all men.

Cæsaris virtus omnibus est perspecta.

Omnibus Cæsaris virtutes notas esse arbitror.

Omnibus etiam rudibus præstãtem Cæsaris virtute cognitam esse censeo.

The lyke of honest men hath alwayes mutch delighted mee.

Honesta proborum hominum vita me semper plurimũ delectauit.

Bonorum hominũ vita summa me semper delectatione affecit.

Bene viuendi ratio maximam mihi semper delectationẽ attulit.

The thinges which thou hasse done for mee are most thankefull vnto mee.

Quæ pro me egisti, gratissima mihi extierunt.

Quæ

Quæ pro me pertractasti, acceptissima mihi fuerunt.
Quæ pro me curasti, mihi fuerunt probatissima.
I do want force, or power.
Vires mihi deficiunt.
Vires mihi eneruantur.
Animus mihi languet, cadit.
Facultates mihi minuuntur.
Hee bestoweth the most part of the day in reading.
Permagnam diei partem legit.
Melior diei pars lectionibus varijs ei teritur.
Bonam diei partẽ in lectionibus bonorũ autorũ collocat
Read these when thou hast leasure.
Lege hæc cum fuerit ocium.
Cùm à serijs occupationibus fueris feriatus, hęc qualiacunque sunt, translegere ne spreueris.
Cùm tibi à grauioribus studijs otium suppetit, hæc legas.
I haue reade thy letters much like thy vertue, both humayne curteous and vertuous.
Literas tuas legi, similes tuæ virtuti, humanas quidem, amabiles, & officio plenas.
Tuas literas perlegi tuæ virtuti accommodatas, honestas quidem, liberales, & religiosas.
Literæ tuæ mihi delatæ sunt tuæ virtuti consimiles, erant enim plenæ prudentiæ, cõsilij, prouidentię, & sapientię.
I haue receyued no letters from thee.
Nullas à te recepi literas.
Mihi nihil hactenus abs te redditum est litterarum, neq; tuo, neque patris nomine.
Nullę ad me venerunt literę.
Thy letters are very well indited.
Lepidè compositę sunt epistolę tuę.
Literę tuę multiplici varietate respersę sunt.

Thy

Thy vertue deserueth more prayse then exhortatiõ

Insignes virtutes tuæ gloriam magis, quàm exhortationẽ desiderant.

Tuarum virtutum amplitudo laudibus potius est celebrãda, quam admonitionibus excitanda.

Tuarum virtutum prestantia exigit, vt magis omnium voce extollatur, quam exortationibus inflammetur.

He is ouer liberall.

Prodigus est.

Promus est magis quam condus.

Patria omnia bona obligurit.

Bonorum est obligurritor.

Multas opes obsorbuit.

Rem vniuersam, seu patrimonium luxu perdit.

Quotidianis commessationibus, alea, lusu, nocturnisque potationibus totam suam suppellectilem absumit.

Impensas facit immodicas.

Fortunas suas omnes obliguriuit

I am deliuered from all sorrow.

Liberatus sum a curis.

E medijs curarũ vndis emersi.

Ex negotijs me extricaui, me expediui.

Me exsolui tantis negotiorum tumultibus.

Etantis occupationibus me excussi.

Ab his curis iam decessi.

Sum liberatus, leuatus, liber, solutus curis.

Ex calamitatibus enataui.

A booke full of errors.

Liber erroribus plenus. Mendosus est liber.

Liber hic exundat erratis, scatet mendis.

Liber hic est pardo maculosior.

Liber hic squalliet maculis.

Liber est corruptus erroribus.
It is a booke worthy of Memory.
Liber est dignus memoria.
Liber dignus est, qui posteritatis memoriam promereri videatur.
Liber hic dignus est, in Apollinis templo collocari.
Hee hath no ready tongue.
Est impeditoris linguæ.
Deest illi expeditæ linguæ promptitudo.
Vinculo oris nondum solutus est.
Planè ac articulatim nondum eloqui potest.
Linguam non habet promptam.
Hee is alwaies in strife.
Litigat semper.
Nunquam non litigat.
Num quando non litigat?
Iurgijs scatet per diem, perq; noctem.
The honour which is gotten by learning ought to inflame thee to studie.
Honor qui ex scientijs comparatur, te plurimum prouocare deberet ad literarum studia.
Maximus honor, qui ex bonarũ artiũ disciplinis oriri solet, deberet te iocitare, vt literarũ studio operã adhibeas.
Honor, quem literarum studium affert, te plurimùm accendere debet, vt illud velis diligenter excolere.
Honoris præstantia, qua homines illustrantur, te plurimũ cõpellere debet, vt virturũ disciplinis te totũ exponas.
Thy singuler wit causeth mee to loue thee.
Tui ingenij præstãtia facit, vt te mihi chariſſimũ habeã.
Ingenij tui sublimitas præstat, vt mihi chariſſimus sis.
Ingenij tui acumẽ efficit, vt te in optimis præcipuũ habeam.
Hee is luxurious.
Est solutus in luxuriam.

Libidine intemperatæ cupiditatis exardescit.
Eum inhonesta & perniciosa libido tenet.
Vitam degit planè muliebrem.
Est in luxuriam procliuis.
Cum lacte voluptatem imbibit.
Non potest fieri, vt à luxu perditissimo reuocetur, abducatur, auocetur.
A rei Venereæ prolunio non potest abduci.
Corruptis moribus & perdito luxu viuit.
Est domi foriſq; libidinosus, impurus, intemperans.
Omne voluptatum genus vestigat, atque adorat.
Est impurus scortator.

But to returne to our purpose.

Cæterùm, vt ad rem ipsam reuertar.
Verùm vt ad illud, vnde diuertimus, redeamus.
Sed vt redeam ad id, quod cœpi.

Thou wast sad and pensiue.

Tristitiam præ te ferebas.
Eras vultu mœstissimo.
Tristitiam vultus testabatur.
Videbaris mœrore confici.
Ex stygijs aquis vndam delibasse videbaris.

I do greatly maruaple.

Magnoperè demiror.
Non possum non mirari.
Vehementer admiror.
Hoc admodum demirari non desino.
Magna me tenet admiratio.
Graui teneor admiratione.
Incessit animo admiratio non mediocris.
Inuasit me ingens admiratio.

Authors make mention of this.

Autores meminerunt huius rei

Vulgò & creditum & ſcriptum eſt.
Tradunt hoc veteres annales,
Hoc autores enarrant opulentius.
Scriptis hoc reliquit Liuius.
Hoc memoriæ datum eſt.
Hoc prodentum eſt literarum monimentis.
In hoc teſtis eſt vniuerſa antiquitas.
Innumeri propè auctores hoc teſtantur.
In veterum libris obſeruatum eſt hoc fieri.
Hoc relatum eſt in veterum ſcriptis.
Attentiſſima cura & præſtanti facundia hoc tradiderunt illuſtres autores.

Thou doeſt lie falſely.

Quæ protuliſti verba, nullo ad veritatem confinio pertinent.
Sicut ad Solem noctua, ita in veritate caligas.
Sinceræ veritatis non es ſtudioſus.
Parthis frequentiſſimè & Cretenſibus mendacior inuenitur.
Hoc eſt merum mendacium.
A ratione longè aberras.

Shee is a common Strumpet.

Eſt publicum ſcortum.
Pudicitiam proſtrauit.
Habet pudicitiam in propatulo.
Venalem paſſim formam exhibet.
Copiam ſui corporis omnibus facit.
Vulgatum corpore quæſtum facit.

Hee is moſt modeſt and ſober.

Hic nihil omnium quæ Sol videt, ſibi arrogat.
Hic cedit omnibus.
Hunc modeſtia ſua nemini non gratum præſtat.

Hee is married.

Vxorem duxit.
Vxorem in matrimonium recepit.

Alligauit collum capistro maritali.
Intrusit se in compedes maritales.
Hamum coniugalem vorauit.

Many thinges in thy letters are to bee reprehended.

Multa tuis in literis sunt irridenda.
Complura in epistola tua sunt reprehendenda.
Complura in tuis literis sunt accusatione digna.

In this matter many thinges come into my mynde.

Hac in re complura mihi occurrunt.
In hac contrauersia multa mihi veniunt in mentem.
In hac causa varia mihi cogitanti se offerunt.

If I should die for thee, I should not satisfie thy desires.

Si pro te vitam finirem, non tamen tuorum erga me meritorum satis memor essem.
Si pro te vitam effunderem, nulli tamen parti tuorum in me officiorum satisfeciße viderer.
Si pro te diem obirem, non tamen viderer vlli tuorum erga me beneficiorum feciße satis.

I pray GOD I die if I would displease thee.

Deum mihi iratum imprecor, si quid affecto, quod tibi displicere sciam.
Emoriar, si vllo vnquam dicto aut facto fuisti lacessitus me.

Hee died being but younge.

Primo ætatis suæ flore est à nobis sublatus.
Est immatura morte præreptus.
Mors immatura eum nobis abstulit.
In primo ætatis flore est extinctus.

Hee dyed myserably.

Miseram oppetijt mortem.
Detestabili exitio interijt.
Misero cruciabilique exitu perijt.

Miſera abſumptus eſt morte.
Miſerrimè mortuus eſt.
Hee is vnfortunately borne.
Infauſto ſub ſydere natus.
Quarta Luna natus eſt.
Malis auibus natus eſt.
Siniſtro Hercule natus eſt.
Parum fœliciter natus eſt.
Eſt Dijs aduerſus nat', Genioq; siniſtro.
Natus eſt ſydere non benigno.
I deny that I haue cõmitted this fault.
Nego me hoc commiſiſſe.
Deprecor hanc culpam.
Depello à me hoc crimen.
Hoc crimẽ abominor, reijcio, refello, profligo.
In the beginning.
In principio.
In ipſis primordijs.
In primis rudimentis.
In prima ſtatim fronte.
In ipſo limine.
In ipſo quaſi veſtibulo.
In introitu operis.
In ipſis foribus.
In frontiſpicio.
In the ende.
In fine.
In calce.
In poſtrema parte.
In extremo actu.
There is nothinge more worthy then vertue.
Nihil eſt virtute præſtantius.
Nihil eſt virtute laudabilius.

Nihi

Nihil eſt virtute præſtabilius, amabilius.
Hee is an ennemy to Cæſar.
Hoſtis eſt Cæſari.
Hunc non probat Cæſar.
Cæſar non eo vtitur amico.
Eum Cæſar hoſtiliter odit.
Cæſar eſt ei inimiciſſimus.
Cæſar inimico & hoſtili animo eſt in eum
Inimicus eſt Cæſaris. (acerbitatem.
Cæſar habet cum illo graue offenſionem,
Cæſar vehemẽtes cũ eo gerit inimicitias.
Hi priuatis odijs diſſident.
Cæſar odio illius exardet.
There is nothing more ſeemely to humayne lyfe, then vertue.
Nihil eſt profectò quod magis humano generi conducat, quàm virtus.
Nihil eſt ad bene beateque viuendum accõmodatius quàm ipſa virtus.
Sola virtus eſt, quæ hominũ vitæ apta de-
He is of noble blonde- (cenſq; eſt.
Eſt natalium claritudine conſpicuus.
Eſt claris natalibus ortus.
Summo loco nobiliq́ue genere eſt ortus.
Ingenuis parentibus eſt ortus.
Illuſtri ortus eſt familia.
Non humili loco natus eſt.
Eſt genere haud ignobili.
Eſt apprimè nobilis.
Eſt generoſo ſanguine cretus.
Suis natalibus nihil eſt nobilius.
Nihil ſuo genere illuſtrius.
Eſt vir ſplendore generis inſignis

He is made noble by his vertue.
Ex ignobili factus est sua virtute nobilis.
Est nouus homo.
Nunc quasi ex gregario milite sua virtus eum ad dignitatem prouexit.
Est homo per se cognitus, nam sua virtute peperit nobili (tatem.
Nullo natalium splendore, sed solo virtutis opinione, cui ad tot honores exexit fortuna.
Hic suis maioribus virtute proluxit.
Hic suæ posteritati nobilitatis initium peperit.
Est claritudinis suorum natalium origo.
Thou hast made thy Parentes noble.
Nobilitasti parentes tuos.
Clarum stemma tuo generi addidisti.
Familiam tuam claro stemmate donasti.
Tu tuæ géti plurimum splendoris ac dignitatis adiecisti.
Thou hast done hurt to others.
Nocuisti alijs,
Quod fecisti, multum sociorum negotijs offecit.
Tu alios laqueo (quod dicitur) implicuisti.
Scriptis tuis dignitati aliorum nocuisti.
We are of this opinion.
Hæc nostra est sententia.
Hæc est nostra consilij deliberatio.
Nos hoc sentimus.
In hac sententia sumus.
What is more worthy then vertue?
Quid virtute dignius, præstantius, laudabilius, præstabilius, amabilius?
I do not care what is sayde of mee.
Non curo quid de me dicatur.
Aliorum de me opinionem negligo prorsus & reijcio,
Rumores plebeios negligo.

Alio-

Aliorum de me cogitationem non extimesco.
Quid de me opinentur mortales susque deque fero.
Non veterim manum.

Be not angry.

Offensionis causam noli olfacere.
Iram remitte.
Iracundiam depone.

It is not in my power.

Non est in potestate mea.
Non est in facultate mea.

I do not know that there is any power in mee.

Ego quid valeam, non intelligo.
Quæ meæ sunt vires non cognosco.
Ego quid possim nescio.

I will write no further, I will say no more at thys tyme.

Plura non scribam.
Plura non sunt literis committenda.
Nil attinet plura scribere.
Plura dicemus aliâs.

There is nothinge that can profite thee more then vertue.

Nihil est quod maiori tibi emolumẽto esse possit, quàm virtus.
Nulla res est, quæ maiorem tibi gloriã allatura si quàm literarum cognitio.
Nihil est quod maiorem fructum adferre possit, quam virtus,

There is nothing but it is done with diligence.

Nihil est quod studio confici non possit.
Nihil est quod cura & diligentia perfici haud possit.
Quid est quod vigilantia fieri non possit
Quid est quod sollicitudine non perficiatur.

There is nothing so hard but for thy sake shall seeme easie vnto mee.

Nulla res est tam difficilis, quæ tui amore mihi facillima non videatur.

Nihil est tam arduũ, quod tua causa me perficere posse non confidam.

Nihil est tam laboriosum, quod pro mutuo inter nos amore mihi leue non videatur.

I faine not with my frendes.

Fallax non sum.

Non soleo apud amicos fingere quicquam.

Nullus est apud me fucis locus.

Ego non aliud fronte simulo, & aliud premo pectore.

I know not which of these I loue best.

Horum vtrum mihi sit acceptior, non discerno.

Horum vtrum magis velim, mihi incertum est.

Horum vtrum potius desiderem, nondum constitui.

Feare hindred mee to doe this.

Metu prohibitus sum hoc facere.

Feciſſem, niſi metus obſtitiſſet.

Quò minus hoc fecerim, in causa fuit meus.

I was neuer wanting to thine honour.

Honori tuo nunquam defui.

Dignitatem tuam dies noctesq; tutatus sum.

Honorem tuum haud vnquam deserui.

I will neuer ceaſe to helpe thy ſonne.

Filium tuum nunquam deseram.

Filij tui causam nunquam derelinquam:

Filio tuo nullo vnquam tempore defuturus sum.

Filium tuum nunquam destituam.

It ſhall neuer diſpleaſe mee, that I haue trauayled for the common wealth.

Nunquã erit mihi graue, me pro rep. plurimũ elaborasse.

Nun-

Nunquam dolore afficior, me pro communi patria vehementer insudasse.

Nunquam me pœnitebit patriam defendisse.

I can neuer rest in my mynde, because I cānot satisfie thee in effect.

Cùm ea quæ tibi desidero, re ipsa consequi non valeam, non possum animo acquiescere.

Nullo modo animo aquiesco, cùm tibi re ipsa minimè satisfacere possum.

Non possum quieto ac tranquillo animo persistere, cùm nullam partem tuorū officiorum re ipsa sequi valeam.

I cannot beleeue it.

Non possum mihi persuadere.

Adduci non possum vt credam.

Nulla ratione in mentem venire potest.

I am not able to speake how mutch I am desyrous to satisfie thee.

Incredibile dictu quàm tibi satisfacere desiderem.

Non possum tibi verbis exprimere, quanto afficiar desiderio vt tibi satisfaciam.

Vix explicare post quàm cupiam me tibi gratissimū esse,

I cannot render thee worthy thankes.

Non habeo quas meritas tibi gratias agere possim.

Non reperio quibus rebus parem tibi gratiam referam.

Nō mihi cōcessa est facultas, vt meritas tibi gratias habeā

Nulla est mihi oblata potestas, vt me tibi virum officiosissimum præstem.

Thou couldest neuer haue done wyser then thou haste done.

Non potuisses sapientius facere, quàm egisti.

Causa nostra non potuisset cōmodius confici, quàm confecta est.

Quod perfeciſti, accuratiori studio perfici non potuisset.

No

Not without cauſe.
Non ſine cauſa.
Non immeritò.
Non iniuria.
Non abs re. Ritè, meritò. Optimo iure.

I was not wont to doe this.
Non conſueui hoc facere.
Hoc à meis moribus abhorret.
A meo more alienum eſt hoc facere.
Hoc facere minimè inſueui.

Hee doth not apply his minde to ſtudy.
Non ſe applicat ad ſtudium.
Non animum ad literas adiunxit.
Non ſe addicit literarum ſtudijs.
Non ſe tradit Muſarum conſortio.

This doth not become thy modeſty.
Hoc tuæ non conuenit modeſtiæ.
Hoc à tua conditione longiſſimè abhorret.

I will alwayes be ready to do thee good.
Studium meum nunquam eſt tibi defuturum.
Opera mea tibi erit ſemper paratiſſima.
Ego nullam meum tibi vnquam officium denegabo.
Mea fides nuſquam eſt tibi defutura.

I do not write theſe letters without cauſe.
Non ſcribo hæc temerè.
Non ſcribo hæc ſine cauſa.
Hæc literis frauſtrà non committo.

I durſt not commit my letters to Cæſar
Non auſus ſum Cæſari literas meas committere.
Non exiſtimaui literas meas Cæſari tutò committendas
Non mihi viſum eſt Cæſari rectè literas dare.

I ought not to trouble thee in thy great buſineſſe.

Non

Non deberem oneris tibi quicquam imponere, in summis præsertim occupationibus tuis.
Laboris tibi quicquam committere non deberem, in maximis præcipuè occupationibus tuis.
Non deberem te virum laboribus refertum retinere, præsertim cùm sis vehementissimè occupatus.

There could nothing be done pleasanter of thee.
Nihil abs te iucundius fieri poterat.
Maiorem in agenda causa rem præstare non poteras.
Res maiori amore à te curari non poterat.
Nihil abs te agi beneuolentius poterat.

Doe not maruayle if I bee angry with Cæsar.
Ne mireris si Cæsari acriter succenseo.
Non est quòd mireris, si de Cæsari indignor.
Nulla erit apud te admiratio, si in Cæsarem excandesco.

Thou bringest mee euill newes.
De rebus nostris mihi parum læta nuncias.
De rebus nostris nihil mihi boni significas.

It is needefull to obey the Father.
Oportet obedire patri.
Mos patri gerendus est.
Morigerãdum est patri.
Obsequendum est patri.
Patri concedendum est.
Obsequium dandum est patri.
Patri inseruiendum est.

Hee obeyeth no body, no not his Father.
Neminem audit, ne patrem quidem.
Non audit vel parentem.
Nemini obsecundat, ne parenti quidem.

I am bounde vnto thee.
Deuinctus sum tibi.

Sum

Sum obnoxius tibi.

Tibi tantum me debere intelligo, quantum nunquã ſim perſoluturus.

Tantum debeo tuæ humanitati, vt nullis officijs, nulla opera, labore, induſtriaq; mea, poſſe videar ſatisfacere.

If thou doeſt it, I ſhalbe bounde vnto thee.

Si id feceris, me arctius deuincies.

Si id egeris, mihi ré gratiã facies, ſed op⁹ eſt feſtinatione

Antea me deditiſſimũ habebas, nunc multò deuinctiorẽ.

I haue ſutch earneſt buſineſſe that I cannot write vnto thee.

Ego ſummis occupationibus impeditus, vix ad te ſcribere potui. (dedi).

Ego familiaribus negotijs detentus, vix tibi has literas

Ego maximis laborib⁹ inuolutus, vix hæc pauca exaraui.

Hee hateth mee.

Me odio graui proſequitur.

Me odio plus quàm Vatiniano inſectatur.

Odio capitali à me diſſidet.

Hoſtili animo in me ſæuit.

Acerbiſſimum in me odium concitauit.

Agreſti odio me proſequitur.

Multo in me eſt permotus.

Odit me cane peius & angue.

Eſt mihi vehementer infenſus.

All men hate thee.

Odio te omnes habent.

Homo es omnibus adeò, inuiſus, vt nec à fratribus, aut liberis ameris.

Odio apud omnes neutiquam obſcuro laboras.

I doe heare ſutch newes of our affayres as doth pleaſe mee.

De cõmuniũ rerũ ſtatu indies quę gratiſſima ſũt intelligo

De

De rerum noſtrarū rationibus audio quotidie, quæ ſumma me delectatione afficiunt.

De ſtatu amicorū noſtrorum quæ iucūdiſſima ſunt ſemper percipio.

I do heare dayly many thinges which I wiſhe to bee true.

Multa audio quotidie quæ cupio eſſe vera.

Complura mihi indies nunciatur, quæ vtinam vera ſint.

Multa ad nos quotidie deferuntur, quæ ita vt dicuntur eſſe cupio.

Euery thinge that I can do for thee, ſhall pleaſe mee very much.

Omnia quæ pro te ſuſcipiam, gratiſſima mihi erunt.

Omnia quæ tui cauſa agam, erunt mihi periucunda.

Quæ pro te ſuſcipiam, gratiſſima mihi indicabo.

Quæ pro te ſuſtinebo, non erunt mihi moleſta.

They talke dayly with vs of thy vertues.

Indies apud nos prædicantur incredibiles tuæ in omni genere virtutes.

Aſſiduo ſermone apud nos defertur ſingularis tuarum in omni genere virtutum præſtantia.

Quotidie apud nos incredibilis tuarum virtutum amplitudo enarratur.

O moſt cruell man.

Homo eſt omnium quos terra ſuſtinet impijſſimus.

O miſerandæ conditionis hominem.

O feros animos.

O crudeles cogitationes.

O derelictum ab humanitate hominem.

Euery man loueth thee greatly.

Singularis eſt omnium in te amor.

Incredibilis eſt omnium in te beneuolentia.

Summa eſt omnium in te fides.

They

They will make peace.

Pacem component.
Restituent concordiam.
Pacem conciliabunt.
Vitam ad concordiam munient.

I haue payed thy debtes.

Solui quod debebas.
Propria impensa æs alienum exsolui.
Distraxi omne æs alienum à te conflatum.
Te mole debitorum liberaui.
Tuis satisfeci debitis.
Dissolui omne æs alienũ, quo astringebaris.

Hee speaketh proudly.

Loquitur superbè.
Folle premis ventos.
Nescio quid secum graue cornicatur ineptè.
Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba.
Efflat inanes gloriolas.
Ampullosa imperitia, & ostentatione tumescit.
Ampullosè respondet.

Thou hast not spoken of this.

Hoc ficco pede præteristi.
Hoc silentio prætermisisti.
Temerè hoc transeundum putasti.
Hoc nube silentij obtexisti.
Hoc silentio omisisti.

Hee cannot speake.

Nescit loqui.
Est rana quædam Seriphia.
Est homo planè mutus.
Elinguem putares.
Infantissimum iudicares.
Parum à mutuo differt.

Est canendi dicendiq́ prorsus imperitus.
Ne vocem quidem vnam concinnè edit.

Thy speach is obscure and darke.

Obscurus est tuus sermo.
Tuus sermo est implicitus.
Tuus sermo, est error verborum inextricabilis.
Tuus sermo Gordianis nodis est obuinctus.
Inexplicabili verborum circuitu obuolutus est tu⁹ sermo.
Nec planè nec dilucidè loqueris.
Scire ac intelligere neminem vis quæ dicas.
Inaudita & insolenti veteris oratione.

Suffer patiently thy euill fortune.

In re tam acerba bono sis animo oportet.
Multum iuuat animus in re mala bonus.
Forti infractoq́ue sis animo.
Quod fors fert citra culpam nostrã, id æquo atq; magno animo ferendum est.

I cannot suffer mutch labour.

Pati hunc laborem non possum.
Tanto fastigio laborum non sum par futurus.
Intollerabili mole laborum premor.
Succumbunt oneri vires.
Cedere huic labori compellor.

I will suffer all the euill thou speakest of mee.

Patiar quicquid in me finiẽri dixeris.

I suffer all thinges patiently.

Sum laborum tolerantissimus.
Patior quicquid accidit.
Quæ mea nõ sunt, sic demùm fieri velim, vt Dij volunt.
Quicquid obtigerit, nec Deos culpabo vnquam, nec accusabo, nihil dolebo, nihil expostulabo.
Seruire scio, vincere nescio.
Placato vultu aduersa sicut prospera, accipiam.

Aduer-

Aduersis rebus minimè deijciar, prosperis non insolescã.

I was greatly afrayde.

Magno affectus fui timore.
Formidine non mediocri captus sum.
Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.
Gelidus per dura cucurrit ossa tremor.
Metu propè sum consternatus.
Fui penè exanimatus metu.

I am not afrayde.

Non timeo.
Sum omni metu liberatus.
Ereptus est mihi timor omnis.
Excussi de corde metum.
Leuatus sum formidine non mediocri.

I am not afrayde of thee.

Non timeo te.
Omnem tuam mordationem edentulam non timeo.
Tuas obtrectationes virulentas, & omnino ridiculas ne pili quidem facio.
Fumos iuanes tuos contẽno, nimiamq; istam insolentiã.

Hee is a Foole.

Stultus est.
Est impos animi.
Est rationis impotens.
Est tanquam asilo syluestri actus.
Est vitio mentis captus.
Planè indiget helleboro.
Dij sibi suam dent mentem.
Non secum habitat.
Non est apud se.
Non est mentis compos.

Hee waxeth dayly worse.

Quotidie fit peior.

Indies deterior audit.

Indies acreſcit ſuorum ſcelerum immanitas.

Indies flagitium flagitio adauget

Vitam Mandrabuli plane degit.

Mandrabuli more viuit.

I haue many ſorrowes in my hed.

Diſcrutiant animum curæ.

Hæc res innumeris curis animũ meũ vehementer angit

Multis curis ſum implicitus.

Diuerſis negotiis diſtringor.

Varijs diſtrahor curis.

Negotiorum mole obruor.

I do thinke that thou haſt hard this.

Puto id te audiuiſſe.

Cenceo te hoc intellexiſſe.

Arbitror hoc tibi notum eſſe.

I do think that thou doſt know how dilligent I am in thy matters,

Quę ſit mea pro rebus tuis vigilantia arbitror te intelligere.

De meo ſtudio erga te, cenceo te cognoſcere.

Quantum pro tuis rebus elaborauerim, haud vereor te intelligere.

I thinke thou knowest the wickedneſs of our enemies.

Inimicorũ noſtrorũ ſcelera tibi nota eſſe arbitror.

Inimicorũ noſtrorũ perfidiam cenſeo iam te cognoſcere

Quanta ſit inimicorũ noſtrorum improbitas, minime te latere exiſtimo.

I thought that I had nought els to do.

Id negotij mihi dari credebam.

Hoc negotium mihi ſolum datum eſſe rebar.

Putabam hunc eſſe mihi negotij ſcopum.

He repenteth that he hath don it.
Pœniter eum facti.
Cœpit eum pigere facti.
In pœnitentiam versus est.
Pardon me I pray thee.
Remitte mulctam.
Hanc vnam ignosce culpam.
Da veniam puerilibus erratis:
Ad hoc vitium velis conniuere.
Pardon me, if I am briefe.
Iguosce festinationi literarum.
Parce literarum celeritati.
Da veniã, si breuiores ad te dedi literas,
Pardon me if I be angry wt iust cause.
Ignosce iracũdiæ meæ, quæ legittima est.
Parce meis querelis, quæ iustissimæ sunt
Da veniam iracundiæ, quæ iustissima est.
Thou doste put thy selfe in greate daunger.
Vitam tuam innumeris exponis periculis.
Variis tete obiectas discriminibus.
Periculis tete temerè offers.
Versaris in multis periculis.
Grauia tibi impudent vitæ discrimina.
Because I do vnderstande thou louest vertue, therfore I make accompt of thee.
Quia accepi virtutem abs te plurimum diligi, idcirco te magni facio.
Quoniam bonarum artium disciplinas te adamare intellexi, idio plurimi te facio
Quoniam virtutum insignia tibi semper grata animaduertit, id circo te cæteris ante pono.
Quoniam exploratum habui, virtutem in precio apud te semper, esse summa te obseruantia colo,

By

By the helpe of God we haue escaped daunger.

Dei clementia periculum euasimus.
Dei immortalis beneficium ab imminentibus malis nos liberauit.
Dei benignitate omnia discrimina subterfugimus

Continue as thou hast begonne.

Perge obsecro, qua instituisti via.
Cœptum iter quæso prosequere.
Si mihi credideris, Cœptum continuabis iter.

I do perswade my selfe that thou louest me.

Mihi persuadeo me tibi charissimum esse.
Censeo maximo me abs te amore complecti.
Confido me abs te plurimum diligi.

By this reason thou oughtest to doe that which I counsell thee.

His rationibus sententiæ meæ acquiescere debes.
His causis consilio meo parere debes.
His de causis mihi obtemperare debes.

Fysh are noysome vnto thee.

Pisces tibi nocent.
Pisces tibi obsunt.
Piscium esus est stomacho tuo grauis.
Pisces valetudinem tuam offendunt.
Esus Piscium est tibi inimicus.

If it please God.

Si fata ferant.
Deo optimo maximo auspice.
Si superis collubitum fuerit.
Si cepta Dij bene fortunent.
Si suo nomine dexter affuerit.
Deo fauente.
Deo propitio.

It hath so pleased God.
Sic placitum est Deo optimo maximo.
Sic visum est superis.
Sic deo placuit.

Hee begunnes to weepe.
Flere cœdit.
Erupit in lachrymas.
In lachrymas conuersus est.
Prorupit in fletum.
Nunc maduerunt oculi fletu.

Receiuing great hatred in defendinge of my good name, thou hast shewed thy selfe to be a true frend.
Optimum te mihi amicum prestitisti, cum multorum odium & maleuolentiam pro mea conseruanda dignitate susceperis.
Iustum te mihi amicum ostendisti, cùm inimicitiam & hominum odium pro mea fama retinenda sustenueris.

I pray God I die if that I loue thee not better then thou louest mee.
Moriar nisi te amore superé.
Peream, si te beneuolétia nõ vincã.
Ne viuam, si tibi in amore concedã.

Thou hast great authority.
Habes magnam auihoritatem
In te & authoritas, & sapientia tanta viget, quanta vix in alio vnquam.
Homo es summæ dignitatis, authoritatis gratię, multũq; de nobis meritus
Tua authoritas nunquam vacillat.
Summa est tua apud Principem authoritas.

He is very poore.
Egestate laborat.

Labo-

Laborat ex egestate.
Est omnibus diuitijs nudatus
Est omnium rerum egenus.
Magna egestate sordescit.
Est Codro pauperior.
Est nudor leberide
Nudus est tanquam ex matre.
Ad inopiam velis remisque properat.
Ne obolum quidem habet vnde sibi restim emat.
Est nudior paxillo.
Pedē vbi ponat non habet.
Est omnibus opibus destitutus.
Est clipeo simul & galea nudatus & hasta.
Omnia secum portat.
Exiguū sibum tremulo ore petit.
Vitam duriter & miserè transigit.
Est alieni auxilij egenus.
Est fortunis omnibus euacuus.

Thou shalt be sore punished

Punieris grauiter.
Non erit liberum neque impunitum tuum scelus.
De te sumetur acre supplicium.
Iusta à te superi exigēt supplicia.
Dedita exsolues supplicia.
Non impune id feceris.
Acri supplicio plecteris.

He is now no more a boye.

Est iam adulrus.
Excessit ex ephebis.
Pubertatē est egressus.
Pubertatis annos reliquit.
Est natu iam grauis.
Puerilia reliquit

Hee is a very good Preacher.
Est bonus Theologus, & magnus Prædicator.
Vir est rei Theologicæ consultissimus.

I pray GOD prosper thy doinges.
Deum oro, vt constituisti tibi bene succedat.
Deum exoro, vt res tuas secundet.
Deum queso, vt tua vota secundet.

I pray thee apply thy mynde to folow vertue.
Te obsecro, vt virtutibus inuigiles.
Te hortor, vt virtutibus incumbas.
Te nō hortor solùm, sed etiam rogo, vt virtutibus operam adhibeas.
Cura vt virtutibus inuigiles.
Te rogo vt omnes tuos neruos ad virtutis gloriā extēdas
Te hortor, vt omni cura studio, ac diligentia, virtutibus insudes.

I beseech thee, that thou wilt defend mee, as our frendship requireth.
Te oro, vt me ita tuearis, quemadmodum nostra expostulat amicitia.
Te obsecro, vt rem meam ita defendas, vt nostra postulat necessitudo.
Te obtestor, vt me, vitamque meam ita defendendā suscipias, sicut exigit mutuus inter nos amor.

I beseech thee, let not the hope which I haue of thee be vayne.
Te rogo, ne opinionem meam fallas.
Te oro, ne spes mea frustra & incassū remaneat.
Te obsecro, ne spem meam decipias.

Thou hast not proued thy power.
Non satis vires tuas exploraſti.
Non consuluisti vites tuas.

Non satis liberalli vires, an sufferendo huic oneri sint pares futuræ.

In suscipiendo onere, vires animi tui non consuluisti.

Hee is a man of good foresight.

Est Prometheus alter.

Est prouidentia nulli secundus.

Est sua prouidentia perquàm insignis.

In hoc homine prouidentiæ æqualitas cum prudentia certat.

Est futurum neque incautus neque ignarus.

Nihil est quod in sua prudentia desideres.

Sic prouid⁹ est, vt futuri semper prescius fuisse videatur.

Nemo hoc homine altiora prouidentia præditus.

I promise that it shall come to passe.

Magnificè polliceor.

Spondeo futurum.

Promitto me id facturum.

Do fidem futurum.

Confirmo futurum.

God giue thee good successe.

Sit faustum ac fœlix quod aggrederis.

Deus bene vertat quod agis.

Bono sit omnibus quod instituis.

Bene fortunet Deus tuos labores.

I haue beene desired to do it.

Rogatus sum vt hoc facerem.

Rogatus hoc feci.

Multis & assiduis precib⁹ exoratus hoc feci.

Permotus precibus hoc feci.

Multiplici rogatu adductus sum, vt hoc à me fieret.

I do desire thee as mutch as I may.

Te etiam atque etiam oro, obsecro, atque obtestor.

Hoc vnum abs te peto & contendo.

Hoc te etiam atque etiam precor.

I pray God I may fynd you all in good health.

Precor vt vos omnes incolumes & rectè valentes offendã.

Faxit Deus opt. maxi. vt vos omnes offendã incolumes.

In desiring mee thou doest mee iniury.

Magna afficis me iniuria cùm precibus officiũ meũ postulas.

Ingratam mihi rem facies, cùm aliquid precibus à me cõtendis.

Iniuriam abs te mihi fieri puto, cùm à te rogor.

Thou promisest and doest not performe me.

Te promissa non alligant.

Credo te futilem, & nullius fidei.

Pacta facis Locrensia.

Es fœdifragus.

When I consider the benefits which thou hast done mee, I am forced to do al things for thee most willingly.

Cùm tua erga me benemerita memoria repeto, impellor omnia pro te libentissimè facere.

Cùm animaduerto quanta sit tuorum erga me officiorũ magnitudo, compellor tibi in omnibus seruire.

Cùm mihi in mentem venit, quibus in me beneficis exornaueris, cogor omnia tolerare, modò tibi morem (geram.

As mutch as I may.

Quantum in me erit.

Quantum vires patientur.

Quanto mihi conceditur.

Quanto studio consequi potero, id omne ad arbitratum tuum libentissime conferam.

As mutch as wee may.

Quantum poterimus.

Quoad facultates ferent.

Quan-

Quantum erit in nobis situm.
Quantum nostræ sese extendent vires,
As farre as I can remember.
Quantum recordari possum.
Quantum memoria repetere possum.
Quantum cogitatione complecti possum.
That which I haue inuented for thee, shalbe profitable for thee.
Quod pro te excogitaui, magnũ est tibi lucrum allaturũ.
Quod mihi pro te in mentem venit, maximum est tibi emolumentum præstiturum.
Quod pro te mente reuolui, maximos tibi fructus afferet.
That pleasure which thou doest to Cæsar, thinck it done to mee.
Quæcunque officia in Cæsarem contuleris, ea omnia in me collocata arbitrare.
Quibuscũq; Cæsarem beneficijs obstrinxeris, ijsdem me obnoxium reddes.
Quicquid studij ac diligentiæ Cęsaris causa exposueris, id ipsum in re te mea exposuisse existimes velim.
That is true praise, which commeth from famous men.
Ea est firmissima laus, quę prouenit ab his qui gloriosissimè viuunt.
Ea est vera laus quam à celeberrimis viris plurimùm decantatur.
Ea est vera laus, quæ à viris laudatis proficiscitur.
That is true honour, which springeth through deedes.
Is verus est honor, qui non ex verbis nascitur, sed ex re ipsa.
Ea est vera hominis existimatio, quæ non ex sermonibus, sed ex rebus ipsis deducitur.
Those which haue seene can witnesse of mee.
Qui prospexerunt, de gestis meis testificari possunt.

Qui

Qui viderunt, firmam fidem præstare possunt, quo modo habuerim.
Qui interfuerunt, testes sunt de his quæ à me gesta sunt.

This pleaseth mee mutch.

Hoc est mihi pergratum.
Hoc me plurimum delectat.
Hoc mihi valdè placet.
Hoc est mihi admodum iucundum.

This thing is most deare vnto mee.

Hæc res est plurimùm mihi cordi.
Nihil est quod sit mihi maiori curæ, quàm hæc res.
Id mihi maximè cogitationi est.

This appertayneth vnto mee.

Hoc meum est onus.
Hoc ad me attinet.
Hoc ad me spectat.
Hoc meum est negotium.

This thing shalbe very profitable vnto thee.

Hoc magno tibi erit adiumento.
Hoc amplissimum tibi emolumentum præstabit.
Hoc tibi multum vtilitatis afferet.
Hoc maximos tibi comparabit fructus.

This matter is cleare.

Hęc res nihil habet obscuritatis.
Hac in re nulla est dubitatio.
Hoc omnibus patet.

This ought not to be kept close.

Hoc non est tacendum.
Hoc minimè prętermittendum est.
Hoc non est cum silentio relinquendum.

This thinge is manyfest.

Hoc palàm est.

Hoc eſt perſpicuum.
Hoc liquidè conſtat.
Hoc luce clarius eſt.
Hoc omnibus prorſus obuium eſt.
Hoc nemo niſi cęcus non diſcernit.
Hoc expoſitione non indiget.
Hoc pro comperto habetur.

This ſyllable is longe.

Syllaba hæc eſt longa.
Syllaba hæc debet protendi.
Hæc ſyllaba producitur.

This hath happened by errour, & not through my fault.

Hoc errore & non culpa euenit.
Hoc facilitate magis, quàm fraude factum eſt.
Hoc credulitate potius quèm culpa obuenit.

This is that I couered to make thee priuy of.

Hoc eſt quod te ſcire deſiderabam.
Hoc eſt quod tibi notum eſſe volui.
Hoc eſt quod te ſcire arbitratus ſum.

This cannot be done wiſely.

Hoc non poteſt ſapienter fieri.
Si poſtules hoc ratione certa facere, tu nihilò plus agas, quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias.
Hęc res neq; conſilium, neq; modum in ſe habet vllum.

I commit my buſineſſe vnto thee.

Commendo tibi res meas.
Res meas, quas apud te poſui, tibi etiam atque etiam cõmendo.

I will ſpeake with thee.

Volo parum te alloqui.
Paucis te volo.

Pauci

Paucis tecum agere velim.
Lubet paucis tecum agere.

Reason requireth thus much.

Hoc veræ rationes reperte monent.
Suadet hoc ratio.
Hoc est à ratione minimè alienum.

I am glad that thou art returned safe.

Saluum te aduenisse gaudeo.
Gratia sit superis, quod ad nos incollumis redieris.
Gratulamur tibi & nobis, quod viuus ac valens nobis restitutus es.

I am very glad ỹ my benefits are acceptable vnto thee.

Gaudeo plurimum mea tibi officia cõtigisse gratissima.
Lætor summopere mea tibi benemerita fuisse pergata
Est mihi periucundum quicquid pro tuo nomine feci tibi probatum iri.
Magna afficior voluptate, meam operam abs te plurimum approbari.

I am very glad that thou hast kept thy good name.

Non parua afficior lętitia, tui nominis existimationem te defendisse.
Minimé dici posset, quantum gaudij susceperim, te honorem tuum illęsum conseruasse.

I am glad of thy prosperitye.

Gratulor fortunę tuæ.
Gratulor fœlicitati tuæ.

Thou hast recouered thy former estate.

Gradum pristinum recuperasti.
Tu pristino fastigio es restitutus
Clarior illustriorque emersisti.

Es in

Es integrum restitutus,

I do thanke thee most hartely.

Amplissimas tibi gratias habeo.
Immortales tibi gratias ago.
Meritas tibi gratias habeo.
Magnam tibi gratiam refero.

He is a ribauld or vile person.

Homo est omni sceleris genere inquinatus.
Est omnis amentiæ, omnisque sceleris socius
Est omnium collutione vitiorum contaminatus.
Grauissimis quibusque criminibus est obnoxius.
Nullus est suorum scelerum modus.
Suis moribus nihil asperius.
Est ipsa nequitia nequior.

I will recompence thy trauayle.

Gratiam tibi referam.
Reponam tibi meritam
Rependam tibi officia.
Dispeream nisi beneficium tibi conduplicauero.
Par ero beneficiis acceptis,
Efficiam vt tuum in me officiū ad te non sine fœnore redeat.

I am not able to recompence thee.

Ego te amplissima planeq; regalia munera reponere, fateor me tuis beneficijs imparem esse.
Tanta sunt tua in me merita, vt quamuis dicendi copiā superent.

Thou counsellest well.

Mones rectè
Mones amicè.
Placidè admones.
Sincerè consulis.
Obiurgas amanter.

I wyll

I will alwayes be myndful of thy benefites

Tua in me merita nunquam mihi ex animo dilabentur

Immortalia tua erga me benemerita assidua memoria contemplabor.

Tuorum erga me meritorum, memoria nulla vnquam delebit obliuio.

Dies ac noctes tuorum erga me officiorum memoriam tenebo.

Tua erga me beneficia nunquam à memoria discedent.

Haue this alwayes in thy mynde.

Hoc tibi curæ sit.

Hoc memoria teneas velim.

Curæ ne obliuiscaris

Hoc sedulo in mentem habeas velim.

Hoc semper animo complectere.

This is a matter worthy of laughter.

Hoc est risu dignum.

Hæc res est profecto iocosa.

Quis in hac re se à chachinnis téperaret.

Quis risui parceret?

Quis risum cohiberet

Quis hoc decẽ non euocet Democritos?

Satis haberent decem Democriti quod hic riderent

I begin to laughe.

Solutus sum in risum.

Iam Democritum ago.

Vultum risu solui.

In risum p'og ressus sum.

Recreation & rest at somtimes is needfull

Omnia indigent recreatione.

Omni vitæ institutioni suos lusus cõcedimus.

Danda est etiam literis ipsis remissio.

Sunt etiam Musis sua ludicra.

Hee:

He reprehendeth other mens vices.

Corigit vitia aliena.
Notat curuos mores.
Vitia aliena Censoria nota perstringit.
Alios carbone notat.

He is in no estimation.

In estimatione bonorum vilescit
Eum magis quã Thersitæ gen' despiciũt

Cause Cæsar to awake.

Excita Cæsarem.
Excute eum somno,
Eius somno excutias.
Educ hominem è tenebris Morphei.
Excita Cæsarem à somno.

Let vs returne to our purpose.

Redeamus ad rem.
Vt illuc vnde abij redeam.
Vt eo vnde degressa est nostra se referat oratio.
Vt ad rem recurrat oratio.

Thou knowest nothing.

Nihil scis.
Nondum proluisti labra Caballino fonte
Nõ tibi Gorgoneis mẽs fuit vncta vadis.
Fonte nec Aonio pectora tincta lacu.
Non tua Castalias coluere Poemata limphas,
Nunquam Phocaicum nec tetigere lacum.

It cannot be healed.

In eius diluendis vulneribus, Gorgonei fontis defluuia non sufficient nec Chironia manus.

Know this of a certaynty.

Hoc sic habeto.
Hoc explorarum habeas
Hoc crede mihi,

Hoc

Hoc ratum habeas.
Hoc existimes velim.
Hoc tibi persuadeas velim.
Hoc vnum sic habeto.

Thou maiest easely know how mutch I loue thee.

Quàm mihi charus sis, non obscurè intelligere potes.
Quàm te gratum habeam, potes facilè cognoscere.
Quàm mihi acceptus sis, clarè potes animaduertere.

Hee is a wise man.

Homo est singulari sapientia præditus.
Homo est spectabilis sapientiæ.
Est perfectissimum sapientiæ exemplar.
Est ornatissimæ sapientiæ vir.
Est nomine sapientiæ admirandus.
Est Catone sapientior.

Hee hath many Schollers.

Habet multos auditores.
Est illi frequens auditorium.
Est illi non infrequens auditorum turba.
Theatrum habet & conuentum quàm frequentissimum.

Our mayster hath written mutch.

Præceptor scripsit multa.
Multa ex secretarijs doctrinarum abdita, eruere atque promere elaborauit Præceptor.
Præceptor suo labore tam clarus est, vt scripta sua omniũ manibus terantur.

I dare not write vnto thee.

Scribere ad te non audeo.
Pudor me prohibet hominem tenuis fortunæ nulliusque propemodum authoritatis, ad te literas dare.
Neq; ego ad te scribere auderem, nisi incredibilis tua humanitas, literas mihi ex intimo corde quodã quasi suo iure extrudisset.

Nec

Nec fortuna mea, nec eruditio, nec vlla omnino virtus huiusmodi est, vt licitum mihi putem scribere ad te.

I will write more when I haue leasure.

Plurib⁹ ad te scribam, cum plus otij nactus fuero.

Plura scribā cùm cōmodiorē scribēdi facultatē habuero.

Longiora vtor epistola, cùm mihi maior temporis opportunitas fuerit oblata.

It is no newes vnto mee to heare that thou louest mee.

Noui mihi nihil nuncias, cùm me abs te plurimùm amari significas.

Nihil mihi noui declaras, cùm tuum erga me amorem beneuolentiamque demonstras.

Non est mihi nouum me abs te mirū in modum diligi.

Write often vnto mee.

Fac sępe ad me scribas.

Fac vt sæpi⁹ tuis me literis visites

Fac vt sępius tuæ ad me literæ deferantur.

Fac vt sępius per literas mecum agas.

I haue written this vnto thee, because thou shouldest knowe my mynde.

Hæc ad te scripsi vt animum meum agnosceres.

His te admonui, vt mētem meam intelligeres.

Hæc tibi exaraui, vt voluntatem meam perspiceres.

Hæc tibi nota esse volui, vt consilium meum acciperes.

I will write briefly.

Breuibus me expediam.

Scribam summatim.

Omnia compendiosè narrabo.

I wolde haue written more, but the Carrier hasted me.

Plura scripsissem, nisi tabellarij festinatio me impedisset

Lōgiori, te literis visitassē, si tabellarij celeritas voluisset

Plura literis comiſiſſem, ſi tabellarij celeritas permiſiſſet
Tabellarij properatio fuit cauſa quòd meæ literæ non
ſunt prolixiores.

I will follow thee for thy vertue.

Virtutum copia, quibus te redundare video, fecit vt te
plurimùm imiter.

Virtutum tuarum vbertas ſuadet, vt à latere tuo nunquã
diſcedam.

If thou happen to chaunge purpoſe, let mee haue vn-
derſtanding.

Quod ſi ſententiam mutaueris, fac vt me admoneas.

Quòd ſi mea tibi opinio non placuerit, fac ſentiam.

Quòd ſi aliam habueris voluntatem, fac intelligam.

Quòd ſi ſecùs tibi videtur, fac me certiorem.

If thou wilt do that which I deſire, I will iudge thee
to be my friend.

Si, quod deſiderium meum eſt, præſtiteris, te mihi ami-
ciſſimum iudicabo.

Si, quod cupiò perfeceris, te mihi ſtudioſiſſimũ arbitra-
bor.

If thou hadeſt bene preſent, thou couldeſt neuer haue
done better.

Neque ſi adfuiſſes, rem meliùs curare potuiſſes.

Neque accuratiùs, ſi adfuiſſes, rem egiſſes.

Neque maiori ſtudio, neque maiori diligentia, ſi preſens
fuiſſes, negotium pertractare potuiſſes.

If I had any doubt of thy loue, I would deſire thee to
fauour mee with more inſtance.

Si de tua erga me voluntate dubitarem, pluribus ad te
verbis ſcriberem, vt tuum mihi ſtudium præſtares.

Si de tui erga me amoris coniunctione vererer, longiori
ratione contenderem, vt cauſæ meæ faueres.

Niſi rectam de te fidem tenerem, plurib⁹ tecum agerẽ
vt rebus meis faueres.

When

When I haue vnderstanding what thy will is, I will satisfie thy desire.

si intellexero volũtatem tuã, me desiderio tuo adiungã.
Si sciuero quod desideras, faciam libenter quod cupis
Si quod cupis cognitione cõplecti potero, nulla tua mihi opus erit admonitione.

If I had not proued thy liberty and fayth, I durst neuer haue committed my secrets vnto thee.

Nisi tua mihi fides explorata esset, non auderem mea tibi cordis arcana exprimere.
Nisi tua mihi fides perspecta & nota esset, nequaquam confiderem mea tibi consilia exprimere.

If thou chaunge custome thou shalt do well.

Si mores correxeris, bene facies.
Si viram commutaueris, rem ages te dignam,
Si meliorem viuendi rationem susceperis, in virum præstantiorem euades.

If that we cannot be together with our bodies, wee shal beat the least with mindes.

Si corpore vna esse non poterimus, animorum saltem coniunctione fruemur.
Si vnà esse non valebimus, assidua tamen cogitatione alter alterum complectetur.

If necde require I will not refuse the labour.

Neque si dabitur facultas, vllum laborem subterfugiam.
Si fuerit necesse, nullum onus recusabo.
Si euenerit casus, nihil erit mihi arduum & difficile.

If these thinges are so as thou writest, of the rest wee may hope well.

Si hæc, at scribis vera sunt, de reliquis optimè sperãdũ est
Hæc si, vt admones, ita sunt, cætera ad vota succedent.
Hæc si, vt narras, certa sunt, cætera erunt faciliora.

If thou require any thinge of me, I will see that thy request shal not be in vayne (nis

Si quid à me petieris, curabo ne tua petitio habeatur ina

Si quid à me volueris, faciam ne tua petitio frustratoria videatur.

Si quid à me postulaueris, dabo operã ne tu quidem frustra à me petijsse videaris.

If thou hast no busines, or trouble.

Si nihil te perturbat.

Si nihil te impedit.

Si nulla afficeris molestia.

Si es occupationibus subleuatus.

That which I haue don for thee is openly knowen.

Omnibus notum est, quid pro te præstiterim.

Omnes facilé intelligũt, quo studio, qua cura, quàue diligentia rem tuam tractauerim.

Non est ignotum, quantum laboris pro te susceperim.

Iam peruulgatum est, quo modo causam tuam egerim.

He is sober in his liuing, no deuourer of meate.

Est cibi potusque parcissimus.

Est exactissima frugalitatis norma.

Est Socrate Curioque frugalior.

Est vir frugi.

Est olor lautitiarum.

Est vir ciborum potusque continentissimus.

Frugalitatem accurate obseruat, vt quę est bonæ valetudinis custos.

Est inimicus luxuriosis epulis.

Est ab omni immodico ciborum vsu auersus.

I do know that this will come to passe

Euenire illud scio.

Scio vaticinor, ac pene oculis video hoc euenturum.

Hoc penè oculis video.
Præsagio hoc futurum.
I doe know this.
Hoc scio.
Hoc haud ignoro.
Hoc non latet.
Hoc non me fugit.
Hoc non me præterit.
Hoc non sum nescius.
Hoc non me clam est.
Hoc quis nescit?
Hoc nemini dubium est.
Hoc non me fallit.
Hoc compertum habeo.
Hoc no est mihi obscurum.
Hoc teneo tanquam nomen, meosque digitos.
Nulli est hoc magis exploratum, quam mihi.
This is a good fortune.
Optimus est miles, dux, Rex. Imperator.
Vir est rei bellicæ gloria maximè strenus.
Vir est magnus gloria, magnisque rebus gestis
Est bellator illustris.
Nouit hic omnia quæ ad militiam spectant.
Vir est qui ob insignem fortitudiné animosus
Achilles dici meretur.
Est summus Imperator.
I do know how mutch thou art able to helpe mee.
Quantum me adiuuare possis, facilè intelligo.
Quantum rebus meis prodesse possis, clarè cognosco.
Quantum mihi rebusq; meis opitulari possis, certissimũ habeo.
Quantum mihi nunc subuenire possis, non sum ignarus.
Non me latet, quantum mihi patrocinij præstares valeas

Non me præterit, quantum valeas in auxilijs præstandis
I do know what appertayneth to mee.
Scio quid me deceat.
Scio quid mihi conducat.
Certum habeo quid iniqui conueniat.
Non me fugit, quid mea interfit.
I am of the same opinion that I was.
In eadem sententia permaneo.
Eiusdem sententiæ sum.
Mane in eadem voluntate.
Mea opinio non est mutata.
In eadem me sententia firmaui.
I am out of all daunger.
Extra periculum sum.
In portu nauigo.
Extra lutum pedes habeo.
Præsenti periculo sum liberatus, ereptus.
Emersi è periculo non mediocri.
Enataui ex hoc discrimine.

There are many ignorant, which meddle with other mens doinges, and cannot gouerne their owne.

Complures sunt insipientes, qui aliorum facta procurant, & sua regere haud sciunt.
Plerique existunt, qui alienis se implicant negotijs, & sua minimè administrare curant.
Permulti reperiuntur inscientes, qui alienas res ineptè curant, & suas nesciunt gubernare.
I was sore feared, or amased with thy letters.
Exanimatus sum tuis literis.
Pertimui ex literarum tuarum recitatione.
Perculsus sum lectis literis tuis.
Hee is proude.
Superbus est.

Fastu-

Fastuosus est.
Arrogans est.
Insolentissimus est.
Fastu intumescit.
Est laudato pauone superbior.
Sibi plus blanditur, quàm Suffenus ille Catullianus.
Aucta est illi superbia
Existimat se ad superbiam genitũ, tanta est illi demẽtia.
Vendicat se homo ineptè gloriosus.
Sibi plus satis placet, ac blanditur.
Sese miratur.
Suo supercilio nihil est arrogantius.

Pryde is an euill vice.
Pernicio sissimus animæ morbus est arrogantia.
Nullum vitium Deo inuisius est arrogantia.
Nihil omnino est supercilijs istis intolerabilius.
Nullum aliud stoliditatis documentum, quàm si quis sibi vehementer placeat.

Hee is proude of his apparell
Ex vestitu, cæteroque corporis cultu superbit.
Vestium luxu sibi nimis indulget.

Hee suffereth patiently aduersity.
Aduersam fortunam patienter fert.
Fortunæ minaci audacter resistet.
Fortunæ tela forti infractoque animo repellit.

I suffer patiently whatsoeuer happeneth.
Quicquid accidit, patienter fero,
Aduersis rebus minime deijcior.

Hee spendeth lauishly.
Censum multum profundit.
Est verè prodigus.
Nihil sibi reliquum facit.

Fortunas ſuas omnes obligurit.
Ambabus profundit manibus.

I do truſt.

Spero. Venio in ſpem.
Spero fore.
Maximam ſpem teneo.
Mihi arridet ſpes, & blanditur.

I doe truſt by thy diligence to wynne the victory in my matter.

Diligentia, qua ſine meis admonitionibus veteris maximã mihi ſpem affert, vt in cauſa me victoriam obtenturũ confidam.
Vigilantia, quæ ſine literis meis ſemper veteris, me hortatur vt meis de rebus bene ſperem.
Studium, quod ſponte tua meis in rebus oſtẽdis, fecit vt cauſæ meæ optimè confidam.

I doe truſt that this matter will yeld thee prayſe.

Hanc rem maximam tibi laudem allaturam confido.
Hanc rem ampliſſimum tibi honorem paritura confido.
Spero hoc negotium non mediocre tibi præſtaturum.

Hee is well, or hee is in health.

Bene valet, Rectiſſimè, Belliſſimè, Perbellè, Baſilicè,
Athleticè, Pancratice.
A quouis morbo liber eſt, immunis, alienus.
Fœliciter valet, proſperè, perquam fauſtè.
Proſperrima valitudine fruitur.
Inoffenſa viuit valetudine.
Pulchrè valet.
Facies ſua loquitur eum perbellè valere.

Farewell.

Vale. Vale Maſarum Patrone.
Vale literarum decus.

Vale

Vale humanitatis exemplar.
Vale omnium eruditarum Schola doctrinarum, & seminarium rectæ vitæ.
Vale bonarum disciplinarũ specimen, meq; amare perge
Vale amice mortalium quos hactenus expertus sum candidissime.
Vale amicorum doctissime, & doctorum amicissime.
Bene valebis ornatissime Præceptor, & me clientulũ tibi toto corde devotissimum, ita vt soles, amabis.

Hee is sicke.

Malè valet.
Est valetudine non sana, commoda, incõmoda, infœlici, parum prospera.
Aduersa, in fausta valetudine laborat.
Malè se habet.
Morbo graui laborat.
Laborat febri.
Vexatur quartana febri.
Morbo cruciatur.
Pessimè valet.

Hee is very sicke.

Grauiter ægrotat.
Ægra valetudine oppressus decumbit.
Graui vehemẽtissimoq; morbo afflictatur
Morbus suus indies vehemẽtius ingraescit.

Hee is now amended.

Melius se habet.
Vires recuperauit.
Reualuit à morbo.
Est omni morbo liberatus.
Est pristinæ saluti restitutus.
Pristinam recuperauit salutem.

Hee doth study earnestly.

Gratijs ac Musis sacra facit.
Studet.
Toto pectore in literis versatur.
Dies vitæ suæ omnes in literis insumit.
In studio literarum omnes cõterit annos.
Hee studieth continually.
Nullum studij remittit tempus,
A musis nunquam discedit.
Studendi nullum finem facit.
A bonis disciplinis animũ reuocat nunquã
Hee will study no more.
Nuncium remisit studijs.
Cum bonis literis repudium factitauit.
Musarum arcana reliquit.
Diuortium fecit cum Musis.
Est abductus, auersus, alienatus, à melioribus Musis.

I will study all the tyme I remayne at Ferrara.

Quàm diu Ferrarię fuero, ad literarũ studia me cõferam.
Quàm diu Ferrariæ commorabor, nõ desinam literis inludare.
Tam diu scientiarum disciplinis me dedam, quàm diu Ferrariæ commorabor.

Hee is very slow in his doinges.
Est natura procrastinator maximus.
Haud facilè ad diem soluit, quæ pollicitur.
Bellus est perendinator.
The time which we now liue in, is wicked.
Summa temporum difficultate laboramus.
In aspero ac difficili temporis articulo versamur.
Difficilia sunt nostræ ætatis tempora.
Temporis difficultate vrgemur.
Iniquissima tempora nos premunt.

I will

I will bring thee good witnesse.
Tibi bona fide testes adducam.
Non paucos testes, eaſq; fide dignos, tibi citabo.
Non ſurdis agam in hac re testimonijs.

I will tell thee what I do trust.
Quid ſperem, tibi aperiam.
Quid coniectem, tibi aperiam.
Quid censeam tibi significabo.

I haue written this vnto thee, to make thee priuy what loue I beare thee.
Hæc ſcripſi, vt ſingularem meũ erga te amorẽ patefacerẽ
Hæc tibi ſignificaui, vt ardentiſſimi mei erga te amoris vinculum apertius declararem.
Hæc omnia ſcripſi vt quanta eſſet mea erga te beneuolentia ſignificarem.

Thou haſte vnderſtoode what hath moued mee to warre Cæſar.
Accepiſti quibus rebus adductus ſum, vt Cæſarem odio habeam.
Intellexiſti qua cauſa motus ſum, vt cum Cæſare bellum habeam.
